



Dispvtaones Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Dispvatio III. De attributis diuinis in communi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)

infinitum ab æterno, sine principio durationis totius speciei, ut falso Aristoteles sensit, existimans mundum, & rerum successionem fuisse ab æterno. At prædicatum existentia non est eiusmodi. Si enim hæc propositio, Homo existit, ita resolvatur hypotheticè, si homo existit, est existens, est propositio nugatoria. Secus autem ista: si homo existit, existit rationalis; si existit Angelus, existit spiritus. Similiter, inquirunt, rectè dicimus rosam acquirere vel amittere existentiam: concipiendo existentiam rosæ, velut illi advenientem aut pereuntem: quia per has propositiones nihil aliud significamus: quàm rosam incipere aut desinere esse actum in rerum natura. Sed non dicimus rosam acquirere vel amittere esse florem: quia hoc significaret rosam posse esse rosam, aut manere in esse rosæ, absque eo quòd sit flos.

Verùm hæc doctrina licet habeat locum in

multis prædicatis essentialibus, non tamen est vera de omnibus. Nam unicuique rei essentialis est, esse id quod est essentialiter. Quare de vnoquoque potest essentialiter prædicari, id quod est essentialiter. Ergo hæc prædicatio est essentialis, rosa est rosa: nõ minus quàm ista, rosa est flos. Et tamen illa propositio sumpta in sensu hypothetico, est æquè nugatoria, atque ista: Rosa existit. Est enim æquè nugatoriam dicere, si rosa est, est rosa: id est, si existit rosa, existit rosa: ac dicere, si rosa existit, est existens. Quare ut illa doctrina sit vera, debet restringi ad prædicationes essentielles non identicas. Nam de identicis est falsa vniuersaliter.

Aduersus responsum secundo loco datum multa opponunt aliqui Nominales ex suis principiis Dialecticis: sed ea tam leuia sunt, & ad placitum exogitata: ut in illis referendis & refutandis immorari nõ sit operæ pretium.

DISPUTATIO TERTIA

De Attributis diuinis in communi.

- Secio I. *Quid, & quomplex sit Attributum diuinum?*
 Secio II. *An attributa diuina distinguantur à parte rei vel inter se, vel ab essentia?*
 Secio III. *Confirmatur vera sententia pluribus argumentis.*
 Secio IV. *Respondetur præcipuis argumentis Scoti.*
 Secio V. *An attributa diuina distinguantur saltem ratione vel inter se, vel ab essentia?*
 Secio VI. *Impugnatur amplius opinio Nominalium, & confirmatur vera sententia.*
 Secio VII. *Respondetur præcipuis argumentis Nominalium.*
 Secio VIII. *An attributa diuina, ut præcisè concepta, sint de conceptu essentia diuina?*
 Secio IX. *An attributa diuina, ut præcisè distincta per rationem, includantur alia in aliis?*
 Secio X. *An attributa diuina, ut distincta per rationem, sint omnia æqualis perfectionis?*

Onstat ex dictis superiori disputatione, Deum esse, & esse eius à se. Iam priusquam de aliis eius Attributis in particulari differamus cum D. Thom. qu. 3. & sequentibus, pauca de illis in communi explicanda sunt. Ac primò, quid Attributi diuini nomine intelligendum sit? Secundo, quomplex sit Attributum diuinum? Tertio, an & quomodo attributa diuina distinguantur, tum inter se, tum ab essentia? Quarto, an sint de conceptu essentia? Quintò, an te includant mutuo? Sextò, an sint æqualis perfectionis; non solum identice, sed etiam formaliter & præcisè sumpta?

SECTIO I.

Quid, & quomplex sit *Attributum diuinum?*I
Attribut.
diuin. quid
sit?

Attributi diuini nomen generatim significat quiddid de Deo verè affirmari potest, vt notant Gillius & alij ab ipso citati lib. 2. tract. 2. cap. 5. Quæ acceptio fundatur in communi doctrina & vsu Dialecticorum, qui prædicatum passim attributum vocât, nempe id quod potest in propositione de subiecto enunciari: ita vt nomen hoc, *Attributum*, significet in recto, id quod potest de aliquo prædicari; connotando in obliquo actum intellectus, per quem potest enunciari, & à quo intrinsecè denominatur attributum, aut enunciatum.

Multiplex
& varia il-
lius ac-
ceptio.

Speciatim autem varè sumitur à variis: à Gregorio, & Marsilio, pro perfectione simpliciter simplici. A Vasque, & Gabr. pro perfectione quæ de Deo naturali ratione inuestigari potest, & à nobis significatur per modum alicuius formæ Deo adiacentis, vt sapientia, intellectus, misericordia. A Durando, Henrico, & Gillo, pro perfectione communi Deo & creaturis, quæ modo nostro intelligendi supponat essentiam constitutam in esse suo substantiali, æque illa prædicetur tanquam proprietatis & affectio naturalis. A Suarez, & Canariensi, pro proprietate absoluta, id est, non relatiua notionaliter; aut indifferente, & abstracta à relatiua & absoluta, quæ per modum officii, deum prædicetur de ipso.

Alij dicunt, nomine attributi diuini specialiter sumpto, intelligi debere ea omnia & sola prædicata, quæ Deo quidem necessario conueniunt: sed tamen, respondent perfectionibus creaturarum quæ non sunt illis essentialia, cuiusmodi sunt cognitio sui & possibilitium, & amor quo se ipsum perfectissime diligit, aliaque his similia. Nam cognitio & amor creaturarum, quibus respondent hæc Dei prædicata, nec sunt illis essentialia. Ratio eorum est, quia in quæstione quæ attributa sint de Dei essentia, in qua nonnulli partem affirmantem tuerentur, vniuersaliter, & alij negant: sed per attributum diuinum intelligi solum debent ea omnia de quibus potest rationabiliter dubitari, an sint de Dei essentia. Nam de re manifesta inutiliter & ineptè quæstio proposita institueretur. Est autè manifestum, prædicata contingentia non esse de Dei essentia: Est item evidens prædicata quæ in Deo respondent, id est, similia sunt, his perfectionibus quæ sunt essentialia creaturis, esse Deo essentialia: vt esse ens, esse substantiam spiritalem, viuentem, & rationalem seu intellectualem. Quare supradicta sunt prædicata diuina necessaria, & similia

perfectionibus non essentialibus creaturarum, de quibus rationabiliter dubitari potest, an sint de conceptu essentia diuina. Dubitari enim potest num essentia diuina concipi debeat, ad instar essentia creaturarum: ita vt non includat huiusmodi perfectiones, quemadmodum perfectiones quæ illis respondent in creaturis, non includuntur in earum essentia.

Verùm sicut non consentiunt Theologi in acceptione attributi diuini specialiter sumpti: ita non conueniunt in quæstione prædicta, sic proponenda: sed nonnulli eam proponunt cum limitatione ad aliqua de diuinis attributis, de quibus specialiter est ratio dubitandi. Exempli gratia Suar. lib. 1. de essentia Dei, cap. 9. 10. & 11. postquam enumerauit, & distinxit Dei attributa, in transcendentia, & non transcendentia, communia & propria, positiua & negatiua, absoluta & respectiua, æterna & temporanea: restringit quæstionem, an diuina attributa distinguantur in se, ab essentia, & an sint de essentia, ad sola attributa positiua, & non relatiua relatione rationis, vt patet ex capite 10. numero 1. & ex titulo præfixo capiti 11. Alij quæstionem propositam restringunt ad attributa absoluta, vt Maerat. disput. 47. & alij plerique. Alij ad ea Dei attributa quæ continent perfectionem simpliciter simplicem, & absolutam, id est, non relatiuam ad intra, vt Granada. part. 1. controu. 1. tractat. 2. caput. 7. num. 2. iuncta disput. 5. num. 1. Alij denique ad perfectiones simpliciter simplices secundarias, id est, manentes metaphysicè & virtualiter in aliis prioribus, vt Fazolus quæst. 4. artic. 2. dub. 1. num. 10. in fine. Sed neque ab aliis inutiliter proponitur quæstio indefinitè aut generaliter, vt detur occasio distinguendi ea quæ sunt essentialia à non essentialibus. Qui autem respondent generatim affirmatiuè aut negatiuè, id faciunt præsupposità strictiori quæstione acceptione attributi, suæ intentioni fauente: de qua acceptione non inter omnes conuenit, neque profertur solida illius probatio. Quare ex quæstionis supra dictæ propositione, non potest hæc controuersia de significatione attributi diuini, sufficienter defini.

Existimo autem nomine attributi diuini generaliter, rectè comprehendi posse omne prædicatum quod de Deo verè affirmari potest in sensu non identico: siue illud sit Dei proprium, siue commune creaturis sub eo nomine, sub quo abstractè significatur & prædicatur. Specialiter verò attributum Dei dici posse sine prædicatum quod tribuitur essentia diuina, quæ in se ex seipsum & aduentiuum, id est, extra illius conceptum essentialem, & quasi adiectiuè aut denominatiuè conueniens respectu totius essentia illi præsuppositæ, secundum rationem & distinctionem virtualem; Cuiusmodi sunt proprietates, & af-

Suar.

Maerati

Granada

Fazolus.

4

Vera illius
acceptio

D 3

Damascen.

sonales, & actus contingentes intellectus & voluntatis diuinæ. Hæc enim magis specialiter sunt attributa essentia, eoque sensu volunt aliqui dixisse sanctum Damascenum lib. I. de fide orthodoxa capite 4. Quæcumque de Deo per affirmationem dicimus, non ipsius naturam, sed quæ circa ipsius naturam sunt, ostendunt. Sed de vero illius loci sensu dicemus infra numero 57. Aliæ vero restrictiones videntur esse ad placitum, & non nisi sufficienti ratione. Porro in hoc tractatu, in quo de Deo ut vno disputamus, per attributa diuina, de quibus dicere aggredimur, intelligimus omnia prædicata, quæ de Deo, quatenus vnus est, verè & non identicè affirmantur, reiectis personalibus, & notionalibus, insequentem tractatum, in quo de Deo ut Trino disputabitur.

5. Attributū diuinū multiplex est.

Sic autem sumptum attributum diuinum multiplex est. Primum enim, quædam sunt positiua, vt esse bonum, iustum, sapientem: quædam negatiua, vt esse infinitum, immensum, immutabilem. Secundò, quædam sunt absoluta, vt esse simplicem, vnum, perfectum: Quædam relatiua, vt esse omnipotentem, creatorem, iustificatorem. Tertio, quædam sunt transcendentia, quæ per omnia entium genera diffunduntur, vt esse vnum, verum, bonum. Quædam magis particularia, sed Deo tamen cùm aliquibus creaturis communia, vt esse intelligentem, sapientem, volentem. Quædam Dei omnino propria, vt esse independentem, & esse æternum æternitate strictè sumpta. Quarto, aliqua sunt, ad constituendum veluti in esse, sine ad constituendum in quodam essendi actu tantum. Quædam ad constituendum in virtute & potentia: & quædam ad constituendum in actu & operatione. Seu quædam sunt veluti formæ ad esse, quædam potentia ad operandum, & quædam actus & operationes. Exemplum primi generis est, esse simplicem, esse illimitatum. Secundò, esse intellectiuum, volitiuum, operatiuum. Tertij, intelligere, velle, operari. Quintò, quædam sunt necessaria, & quædam contingentiua: & inter hæc, quædam ab æterno Deo conueniunt, vt esse prædestinantem, esse intelligentem omnium contingentium: Quædam in tempore, vt esse creatorem, & esse Dominum, quæ ante mundi creationem non poterant verè de Deo enunciari. Præ necessariis verò quædam intelliguntur conuenire Deo ad modum prædicatorum substantialem, & per proportionem ad ea quæ in substantiis creatis distinguuntur à nobis in linea prædicamentali, vt esse substantiam spiritalem, viuentem, & intellectualem, independentem & perfectissimè. Alia Deo videntur tribui per modum passionum seu proprietatum, proportionem habita ad creaturas: Et quædam eorum tribuuntur vt consequentia rationis in entis, vt vnum, verum, bonum: Quædam vt consequentia rationes inferiores & magis proprias, vt esse per se, & indiuisibi-

lem, & inextensum formaliter, esse præditum intellectu, voluntate & omnipotentia.

Sextò denique, aliqua sunt quæ de Deo dicuntur metaphoricè, vt penitentia, dolor & similia, quæ imperfectionem in suo proprio & formali significato inuoluunt: Alia propriè, vt sapientia, iustitia, misericordia, cæteraque omnia quæ in sua formali ratione non inuoluunt imperfectionem. Quorum plurima, licet ex creaturis desumpta sint, abstrahuntur tamen à nobis, & aliùs concipiuntur secundum suas formalitates, separando eas ab esse creato, & secundum se illas concipiendo, quò pacto verè ac propriè Deo conueniunt. Sed vt rectè D. Thom. aduertit qu. 13. artic. 3. in eiusmodi attributis affirmatiuis, sumptis ex rebus creatis, duo considerare est. Scilicet perfectiones ipsas formaliter significatas, vt sapientiam, bonitatem, iustitiam, misericordiam: & modum significandi, vel in concreto per modum compositionis, quæ in Deo non est; vel in abstracto per modum formæ, quæ imperfectionem etiam inuoluit. Quantum igitur ad id quod significant huiusmodi nomina, propriè competunt Deo, & magis propriè seu perfectè ipsi, quàm creaturis. Quantum verò ad modum significandi, non dicuntur de Deo propriè, habent enim modum significandi qui creaturis competit. In attributis verò negatiuis notandum est, quòd licet voce & significati modo sint negatiua: materialis tamen significatum ipsorum est perfectio quædam positiua, quam negatione declarantur; sicut differentiam brutorum constitutum, verè positiuum, declaramus per irrationale. Item quamuis nomina illa desumantur à creatis imperfectionibus, quas in obliquo significant & connotant nomina illa negatiua, vt in corporeum, corpus; immutabile, mutationem; & sic de alijs. Perfectio tamen quam in Deo significant, non est quid dependens ab huiusmodi imperfectionibus, sed Deo conuenit absolute sine ordine ad illas. De his plura Suar. tractat. 1. lib. 1. cap. 9. Vasquez disp. 116. cap. 1. & Gill. lib. 2. tract. 2. cap. 5.

6.

D. Thom. Nomina sumpta à rebus creatis quomodo Deo conueniant.

Attributū negatiuum Dei significant aliquam eius perfectionem.

Suar. Vasquez. Gillius.

SECTIO II.

De Attributa diuina distinguuntur à parte rei, vel inter se, vel ab essentia.

Partem affirmantem docuerunt Gualterus quidam relatus à Nypho in dilucidario, lib. 12. Metaph. disput. 13. cap. 3. & Scotus in primo distinct. 8. quæst. 4. quorum ille affirmavit realiter distinguui: Itæ, formaliter ex natura rei. Quam distinctionem formalem ex natura rei, Scotus vult esse actu in re ipsa, neminè cogitantem & esse median inter realem & rationis: quicquid dicant nonnulli qui Scotum ab hoc errore excusare conantur, voluitque eum loqui solum de distinctione rationis. Sic enim habet dist. cit. tract. 4.

Gualter. Nyp. us. Scotus.

Ad quæstionem respondeo loquens de distinctione quæ est inter sapientiam, & veritatem diuinam: *Est ergo ibi distinctio præcedens intellectum omni modo. Vnde sapientia in se formaliter non est veritas in se.* In eumque sensum Gregorius Ariminens, ibidem, & alij melius intelligentes, Scotum interpretantur: & argumenta quæ ibidem adducit, quæque nos infra referemus & scutabimus, id probare contendunt. Hæc tamen sententia est omnino reiicienda, & non immeritò notatur à multis graui censura, vt aperte repugnans sanctis Patribus, & Conciliorum definitionibus, communissimæque sententiæ Theologorum, cum D. Thoma q. 10. de potentia a. 3. & in 1. dist. 2. q. 1. a. 2. & 3. affirmantium attributa diuina nullo modo distinguui à parte rei & in seipsis, neque inter se (exceptis reatiuis personalibus de quibus hic nō loquimur) neq; ab essentia. Quod intelligit etiam de attributis negatiuis, quoad perfectionem quam in Deo significant: non tamen quoad negationem formaliter: illa enim distinguitur à Deo vt non ens ab ente.

Robatur primò efficaciter ex definitione Lateran. sub Innocentio III. cap. 1. de summa Trinit. affirmantis tanquam fide diuinâ certum, *Deum æternum, immensum, omnipotentem, incommutabilem, incomprehensibilem, & ineffabilem, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, esse vnã essentiam, substantiam seu naturam simplicem omnino.* Et cap. 2. §. Nos autem, sic habet: *Nos autem sacro & vniuersali Concilio approbante, credimus & confirmamus quòd vna quædam res est, incomprehensibilis quidem & inestimabilis, quæ veraciter est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, tres simul persona, ac singulatim qualibet earundem. Et ideo in Deo Trinitas est solummodo, non quaternitas: quia qualibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, siue natura diuina.* Et paulò post: *Pater ab æterno Filium generando, suam substantiam ei dedit. Ac dici non potest quòd partem suam substantia illi dederit, & partem retinuerit ipse sibi: cum substantia Patris indiuisibilis sit, vapore simplex omnino.* Hucusque Concilium.

Quibus vltimis verbis præcluditur effugium Galteri, & Scoti, affirmantium, non obstante distinctione attributorum in re, substantiam tamen diuinam esse simplicem, id est, expertem compositionis realis: quia non est compositio inter duo distincta, nisi vnã vt actus aliud vt potentia comparentur, & vniantur, vel inter se, vel respectu alterius tertij quod componant: essentia verò & attributa, vel inter se, vel cū essentia non ita comparari: propterea quòd in Deo nihil habet rationem potentia, sed quicquid est, est actus purus, qui sic ab intrinseco & ex se habet necessitatem essendi: Ita ex se eadem necessitate habet modum ita essendi. Præcluditur, inquam hoc effugium, quia Concilium excludit partes qualescunque à substantia diuina, non tantum partes componentes. Item cum excludit omne genus partium ab illa, quæ omnino simplex est: significat sim-

plicitatem omnimodam non excludere tantum partes potentiales, vt fingit Scotus: sed absolutè partes generis cuiuscunque. Adde continuum non fore compositum in sententia Scoti, si per potentiam intelligit passiuam. Nulla enim partium integrantium & quantatiuarum, ex quibus continuum coalescit, est in potentia passiuam ad aliam. Sin autem per potentiam intelligit variabilitatem quomodocumque: impossibile est inter essentiam & attributa esse vnionem, sine tali potentia. Quare vel non vniantur: & sic Deus erit quoddam aggregatum ex multis entitatibus (neque enim putat Scotus ea in tertio quodã identificari, vt neque putat identificari personas in essentia: imò ex eo quòd distinguuntur inter se, in eam distinguui ab essentia: quia in diuinis, etiam in absolutis & communibus attributis, Deo, quæ vnus est, conuenientibus, valet, inquit, hoc axioma, *Quæ non sunt eadem inter se, non sunt eadem vni tertio.* Vel, inquam, non vniantur: quod est absurdum, supposita distinctione: hoc enim Deus non esset vnus ens per se, sed aggregatum ex multis: Vel si vniantur, habent potentiam ad hoc vt vniantur. Quæ potentia siue coniuncta necessariò cum actu, vel non: nihil refert ad compositionem. Quæquam neque attributa diuina contingentia talem habent necessitatem, cum poterint non esse eâ ratione quæ sunt contingentia. Denique si per potentiam intelligat Scotus capacitatem quamcunque: capi non potest quomodo essentia diuina sit sapiens, volens, intelligens, non per suam entitatem, sed per sapientiam, voluntatem & intelligentiam superadditam, cuius tamen capax non sit. Est quoque impossibile, & prorsus inintelligibile, Deum esse formaliter intelligentem, volentem sapientem, per intellectum, voluntatem, & sapientiam, quæ neque sit idem cum illo, neque illi vniantur. Sunt enim hæc denominationes intrinsecæ. Ergo si forma à qua sumuntur, est distincta à subiecto, debet illi esse intrinseca per vnionem cum illo. Anon quæ enim non afficit intrinsece.

Præterea, in verbis supra relatis Concilij Lateranensis, negatur esse in Deo quaternitas: quæ non minus foret, si attributa distinguerentur in re, vel inter se, vel ab essentia: quam si personæ distinguerentur ab illa. Vbi cumque enim est distinctio: tam verè & propriè est multitudo, quam est distinctio. Quia esse distincta, est non esse idem: quæ autem non sunt vnus & idem, sunt multa. Ergo quam verè & propriè sunt distincta, tam verè & propriè sunt multa. Ergo vbi cumque sunt verè ac propriè quatuor distincta, est verè ac propriè quaternitas. Atqui iuxta sententiam Scoti sunt verè ac propriè quatuor, imò & longè plura, & infinita, distincta in Deo, si non modò proprietates reatiuæ & essentia, sed etiam attributa absoluta, & communia tribus personis, distinguuntur à parte rei, & inter se à substantia: Ergo in Deo est verè & propriè quæ-

Id est
Non est in
Deo quaternitas.

D. 4

Gregor. in
1. dist. 8.
quæst. 1.
art. 1. ipso
initio.

Attributa
diuina
non distin-
guuntur
inter se à
parte rei.

Laetan.

44.
Nulla est
in essentia
& substantia
diuina.

Deus est
simplex
omnino.

ternitas, imò & longè maior pluralitas: quod est contra definitionem Concilij Lateranensis. Rursus idem Concilium verbis supra relatis cap. 1. affirmat Deum æternum, immensum, omnipotentem, incomprehensibilem, incomprehensibilem, & ineffabilem, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum esse vnam essentiam, substantiam, seu naturam, simplicem omnino. Quod repetit cap. sequenti, eaque de causa ait Patrem communicasse Filio partem suæ substantiæ, & partem sibi retinuisse, cum partibus careat, ut potè simplex omnino. Atqui si attributa essentiæ diuinæ essent in re distincta: natura seu substantia diuina, quæ ex illis coalesceret, non esset simplex omnino. Quidquid enim constat & constituitur ex pluribus in re, non est simplex omnino in re. Item falsum esset quod ait Concilium naturam diuinam carere partibus. Nam manifestus vocum abusus est, & elatio definitionis Concilij, dicere ea ex quibus in re distinctis inter se, totum aliquod re ipsa coalescit & constituitur, non esse verè & in re ipsa partes illius totius. Totum enim & partes correlatiua sunt. Item si proprietates personales distinguerentur in re ab essentiâ, ut idem Scotus opinatur: persona in diuinis adderet essentiæ aliquid distinctum in re: & persona ipsa, ratione illius additi, distingueretur in re à natura. Ergo non esset idem cum illa. Ergo non posset natura affirmari simpliciter & categoricè de persona, per verbum, est. Quia dicere, persona est natura, est dicere personam esse idem cum natura. Idemque est sensus omnium similium propositionum: in quibus, ut veræ sint, rectè prædicari debet esse idem cum re subiecti. Ergo falsum esset quod ait Concilium, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum simul, ac singula ipsorum quilibet trium personarum diuinarum, esse naturam seu essentiã diuinam.

Excluditur
à Deo di-
stinctio ra-
tionis in re.

Respondet aliquis pro Scoti opinione, distinctione formalem ex natura rei, non esse simpliciter loquendo & absolute distinctiōnem. Quia non est realis simpliciter, sed mediata inter distinctionem realem & rationis. Vel quidam recentiores loquuntur ad dissimulandam magis, quàm ad syncerè tuendam Scoti sententiam, non est physica distinctio, sed tantum logica seu rationis in re. Quare sicut distinctio rationis attributorum non damnatur verbis ex Lateran. Concilio relatis, neque repugnat Dei simplicitati: ita nec formalis ista distinctio ex natura rei, vel logica, seu rationis in re.

Sed contra primò: Omnis vera distinctio, & à parte rei existens, inter ea ex quibus aliquid constituitur, repugnat omnimodè illius simplicitati. Neque enim verè dici potest esse omnimò simplex, quod verè à parte rei est compositum ex multis. At Concilium ait naturam diuinam esse simplicem omnino. Distinctio verò illa, quocumque nomine appellatur, est verè à parte rei, iuxta doctrinam Aduersariorum.

Secundò, Omnis distinctio, quæ est verè & simpliciter à parte rei, est realis simpliciter. Atqui, per aduersarios, distinctio attributorum diuinorum, puta intellectus & voluntatis, iustitiæ & misericordiæ, est verè & simpliciter à parte rei. Quod enim verè sit, fatentur illi: quod autem simpliciter, probo, quia illa distinctio est simpliciter à parte rei, quæ tota quanta est, à parte rei est, & nullo modo per rationem. At distinctio attributorum diuinorum est huiusmodi iuxta aduersarios. Tertio, ideo solum ab illis dicitur esse minor ista distinctio, & media inter realem & rationis, quia extrema distinctio sita se habent, ut vnum sine alio esse non possit, saltem mutuã separatione. Quo etiam pacto philosophantur de modis, & de attributis essentialibus creaturarum, quæ similiter distingui putant formaliter ex natura rei, vel logicè in re. Verùm si quis bene attendat, videbit non esse propterea inter illa minorem distinctionem; Sed tantum minorem separabilitatem. Aliud enim est distinctio: & aliud separatio: possuntque esse inseparabilia, etiam ea quæ ipsi fatentur esse simpliciter & reali maiori distinctione distincta, ut Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Distinctio propriè loquendo in eo solum consistit quòd vnum non sit aliud. Ergo vbi cumque vnum non est aliud, est æqualis distinctio. At vbi cumque vnum se toto non est aliud, nec quicquam illius, est æquè non aliud; & tam non est istud, quàm quoduis aliud non est id à quo distinguitur. Est enim vbi obique distinctio totalis: & distinctio totalis est posita in indiuisibili, id est, in eo quòd nihil vnus eorum quæ distinguuntur totaliter, est quicquam alterius. Ergo est æqualis distinctio eorum omnium quæ totaliter, id est, se totis distinguuntur à parte rei: siue possint separari, siue non possint. Dixi, eorum quæ totaliter distinguuntur à parte rei: Quia non nego minorem esse distinctionem illam, quæ est in parte quæ, inter totum & partem, includens & inclusum: ex parte enim non distinguuntur: quia ex parte, id est, secundum quid idè sunt. Iam si aduersarij non proptererea negant hanc distinctionem esse realem maiorem; dummodo totum, quoad id quod aueracit, & pars, vel includens, & inclusum, separari possint.

Cum ergo distinctio totalis sit æqualis in omnibus in quibus reperitur & attributa nulla diuina, iuxta aduersarios, distinguuntur totaliter, id est, se totis: ut intellectus, & voluntas; iustitia, & misericordia; amor Petri existentis in gratia, & odium eiusdem existentis in peccato mortali: malè ab illis vocatur hæc distinctio realis minor, cum sit quanta esse potest inter vlla alia realiter distincta. Adde, quod actus liberi & contingentis intellectus & voluntatis diuinæ, possunt mutuo separari, quatenus vnus sine alio esse potest mutuo & reciproce. Potius enim esse amor Petri, sine eiusdem odio, & summa

12.

Distinctio
totalis à
parte rei est
æqualis in
omnibus.

13.

Omnis distinctio à parte rei, est physica.

sine amore: sicut Petrus potuit non esse in statu gratiæ, vel non esse in statu peccati. Quarto, manifestus vocum abusus est, & contradictio in terminis, dicere illam distinctionem, quæ est verè à parte rei inter duo physice existentia, non esse physicam, sed logicam tantum, vel rationis in re. Nam ea quæ sunt physice, ac non tantum moraliter, aut obiecti uè per conceptum; & secundum id quod sunt, distincta sunt: physice distinguuntur: quia esse physicum unius, non est esse physicum alterius; & neutrum illorum est aliud secundum id quod physice est. Ergo sunt duo secundum esse physicum, & secundum illud quod physice sunt. Ergo sunt duo distincta in esse physico, & duplex esse physicum. Ergo sunt duo entia physica, ac proinde duo physice distincta. Vbi cumque enim est distinctio, est pluralitas eodem modo, & secundum illud esse in quo est distinctio. Secundò, omnis distinctio quæ est immediatè vi alicuius actionis physice, est physica. Actio enim physica non potest nisi ad aliquid physicum immediatè terminari. Atqui distinctio inter essentiam & proprietates personales Filij & Spiritus sancti, est immediatè vi alicuius actionis physice, nempe vi generationis & spirationis actiue: Ceteraque omnia attributa diuina, si distinguuntur in re ab essentia, & vult Scotus; debent ab ipsa produci per aliquam realem & physicam actionem, cuius sint terminus immediatus: similiterque attributa essentialia creaturarum producuntur immediatè reali & physica actione, per quam creature sunt, & accipiunt à Deo, vel à causis secundis, quidquid sunt. Ergo si est inter illa distinctio à parte rei, est physica: utpote existens immediatè vi alicuius actionis physice.

14. Distinctio rationis in re implicat contradictionem.

Tertiò, contradictio manifesta in eo est, quod dicitur esse logica tantum, & tamen esse in re: & esse distinctio rationis in re. Quam enim implicat aliquid esse tantum logicè, seu per rationem, & tamen esse in re: tam implicat aliquid distingui tantum logicè seu per rationem, & tamen distingui in re. Neque enim distinguitur nisi per id quod est. Item quam implicat aliquid esse tantum per rationem, & tamen esse in re independentè à ratione, & ante omne opus rationis; tam implicat aliquid distingui tantum per rationem, & tamen distingui in re independentè à ratione, & ante omne opus rationis, ita ut ratio, seu intellectus, non laicet illam distinctionem, sed iuguet. Denique si distinctio illa est in re, & independentè ab intellectu; ratio ad illam, est impertinens; & impertinenter atque inegè vocatur distinctio rationis in re: non minus quam si distinctio hominis à leone, vocaretur distinctio rationis in re: & essentia hominis per quam distinguitur à Leone, vocaretur essentia rationis in re. Neque enim minus est impossibile distinctionem aliquam, quæ sit actu ante operationem intellectus, non esse realem: quam aliquid esse, cuius existentia præcedat

omnem operationem intellectus, & tamen non sit reale, sed rationis. Neque verò par est ratio de huiusmodi distinctione, ac de distinctione rationis. Nā distinctio rationis nō est distinctio ipsius rei: sed extrinseca tantum denominatio à conceptibus distinguentibus, ut explicabitur inferius. Quare res non definit esse in se, & verè simplex omnino, quamuis diuersis conceptibus inadæquatis possit concipi, & ab eorum distinctione denominari extrinsece, distincta. Concilia autem loquuntur de rebus, prout sunt in se ipsis. Manet ergo probatum, vana esse omnia Scotistarum effugia, quibus Concilij Lateranensis definitionem eludere conantur.

SECTIO II

Confirmatur eadem veritas pluribus argumentis.

Probatur secundò eadem veritas ex Concilio Rhemeni sub Eugenio III. in quo contra Gilbertum Porretanum definitum fuit, non esse diuidendum inter Deum & Deitatem; inter personam & naturam; ac simplicem naturam diuinitatis esse Deum: nec nisi sapientiã, quæ ipse Deus est, sapientem esse; nec nisi magnitudinẽ, quæ est ipse Deus, magnum esse: &c. De qua tamen definitione vide Vasq. disp. 120. cap. 2. Atqui si proprietates relatione personales distinguerentur in re à Deitate; personæ quoque distinguerentur ab illa. Ergo persona non esset Deitas: essetque diuisio seu distinctio inter Deum & Deitatem, personam & naturam. Quare falsa esset illa Concilij definitio. Item si attributa essentiæ diuinæ sunt in re distincta; natura diuinitatis non est simplex, quia ex multis coalescit. Neque sapientiã, quæ Deus est sapiens, est ipse Deus. Quia quod in re distinguitur ab alio, non est aliud, neque potest de illo affirmari in recto. At sapientiã distinguitur in re à Deo, si distinguitur in re ab essentia.

Concilium Rhemense.

Inter Deum & Deitatem non est distinctio.

Vasquez.

In eodem Concilio art. 1. sic dicitur: *In Theologia inter essentiam & personam ratio non distinguitur.* Per rationem autem distinguentem in Theologia, intelligit rationem distinguentem in re, iuxta sensum & errorem Porretani quem refutat, ut bene ostendit Vasquez cap. cit. Orthone Frisingensi scriptore illius temporis. Et art. 3. sic habet: *Credimus nullas omnino res, sine relationes, sine proprietates, sine singularitates, sine unitates dicantur, adesse Deo, quæ sint ab æterno, & non sint ipse Deus.* Quæ verborum multiplicitate Concilium voluit omnem distinctionem in re à Deo remouere, quocumque tandem nomine appelleretur, siue formalitatum, siue rationum in re, quæ certè si distinguantur à parte rei, non possunt negari esse unitates, & facere namerum à parte rei: omnis enim distinctio in re est inter duo in re. Vbi autem sunt duo, est dualitas consistens duabus unitatibus. Item

Inter essentiam & personam non est distinctio in diuinis.

si distinguuntur in re à Deo, non sunt Deus. Vel enim adæquatè distinguuntur à Deo, vel inadæquatè. Et quicquid eligatur, non potest dici simpliciter quod sint Deus, vt simpliciter asserit Concilium. Quia quod distinguuntur adæquatè & se toto ab alio, non est illud: repugnat enim distingui & esse idè.

Et similiter quod distinguuntur inadæquatè ab alio, non est illud: quia totum non est pars.

Probat̃ tertio ex sacris Patribus. Dionysius enim cap. 2. de diuin. nom. ait Deum esse summè simplicem seu, excellentissimè vnum. At non est summè simplicem, si constat multis perfectionibus in re distinctis. Quælibet enim illarū perfectionū simplicior est. Et cap. 13. sic habet. *Vnum Deus est, quia omnia vnice est secundum vnam eminentiam vnitate.* Et cap. 5. *Deus non quodammodo est existens, sed simpliciter, & incircumscriptè totum vniformiter esse præcipit.* Nota, vniformiter, id est, sine distinctione & differentia quæ in re fit: alioqui esset multiformitas quædam.

Dionysius.

Augustinus. *In Deo idem est iustum esse, quod bonum esse &c. & c. 6. Non est aliud sapientia eius, aliud essentia; cuius hoc est esse, quod sapientia esse.* Similia habet Anselmus in Monologio c. 16. Boëtius lib. de Trinitate sub finem, & S. Bernardus, qui fuit, velut anima Concilij Rhemenfis, lib. 5. de Consideratione e columna 7. vbi affirmat ea quæ nos nominibus conceptisque distinguimus, non esse in ipso distincta. Quod etiam docet expressè Greg. Nazianz. oratione 3. de Theologia inter medium & finem. Verba Bernardi loco citato hæc sunt: *Multa dicuntur esse in Deo, & quidem sanè Catholicèque: sed multa vnitas. Alioqui si diuersa putamus, non quaternitatem habebis, sed centenitalem.*

Augustinus.

Anselm.
Boëtius.
Bernardus.

Nazianz.

18. *Distinctio non est ponenda in diuinis sine necessitate.* Probat̃ quartò ratione. Primò enim non est ponenda distinctio in diuinis, neque entia diuina multiplicanda sunt, sine necessitate. Nulla autem est necessitas, vt attributa diuina distinguantur, vel inter se, vel ab essentia: sicut enim in rebus creatis experimur perfectiones plurimas, & diuersissimas, colligi in vnica perfectione superiori: v.g. vis cognoscendi quæ dispersa est in sensibus internis & externis, est vnita in intellectu: & vis mouendi sursum deorsum, & ad omnem aliam differentiam, est vnita in vi motiua Angeli, vel animæ rationalis: sic non implicat omnes diuinas perfectiones non repugnantes vniri in vnica simplici perfectione, absque vlla earum distinctione vel inter se, vel ab essentia. De Deo autem sentiendum est quàm optimo modo, & eo qui videtur esse magis conueniens, quando certa ratio non cogit in contrarium, id est non ostendit modum illum qui nobis videtur esse magis conueniens, non esse verè talem. Atqui melius est vt non distinguantur, neque est certa ratio in contrarium: ergo, &c. Similia argumenta vidit S. Bernardus contra Gilbertum Porretanum serm. 80. in Cantica. Secundò, si proprietates, relatiuè, quan-

De Deo sentiendum est optimo modo.

tumuis repugnantes inter se & districte realiter ad inuicem, non distinguuntur tamen ab essentia in re, vt à Cò. Late. & Rhem. sup. cit. & à Florent. sess. 25. definitum est: multò minor est ratio, vt attributa cætera, quæ non habent oppositionem ad se inuicem, distinguantur ab essentia. Et cum tota ratio cur distinguantur proprietates inter se, non sit alia quàm oppositio relatiua originis inter illas: cum hæc inter attributa, de quibus loquimur, non reperiatur, nulla esse ratio vt distinguantur inter se à parte rei. Ad commune axioma Theologorum sumptum ex Conc. Toletano XI. *In diuinis omnia sunt vnitas vbi nõ obuiat relationis oppositio.* Adde secundò, quòd si distinguerentur: vel essent sine ordine originis, vel alia ab alijs. Si primò: Quænam esset coniunctio attributorum, vel inter se, vel cum essentia? aut cur per se, & vnde conuenirent essentia? Item essent multa entia à se, eaque limitatæ perfectionis (tot nimirum, quot essent attributa distincta ab essentia diuina, & inter se) & à nullo producta, quorum nullum haberet formaliter perfectionem alterius, quamuis simpliciter simplicem, neque etiam eminenter id est, in aliquo nobiliori. Atqui, vt libi ostendimus, repugnat esse plura entia à se: & quod est à se, est illimitatū & infinitum in omni genere perfectionis: quia de ratione entis à se est, vt in seipso contineat omnem perfectionem, eo modo quo melius & nobilius est eam contineri; ita vt non possit contineri eminentiori modo ab vllò alio. Si secundum: ergo contra Catholicam doctrinam admittitur in Deo realis originatio multiplex, præter origines personarum à personis, quas solas nouit Ecclesia Catholica.

Concil.
Toletan.

Denique vel Deo sua simplici substantiâ est actualis intelligentia rerum omnium; vel producit & format actualem intelligentiam per essentiam, aut per virtutem distinctam ab essentia. Si primò: quid est opus intelligentiâ & virtute distincta? Secundum autem est dissentaneum doctrinæ fidei. Illa enim actualis intelligentia producta, & distincta ab essentia, non esset sine pluralitate vltra personas: quod est impium, & à Lateran. supra damnatum. Sicut aptè Deus per suam simplicem substantiam est actualis & perfectissima intelligentia, & in eandem modum ita non indiget alijs, attributis distinctis, sed per substantiam eandem identicè quæquid est.

SECTIO IV.

Respondetur præcipuis Scoti argumentis.

Missis his quæ specialiter pugnant contra proprietates personales, de quibus hæc Scotus non disputamus, obijcit Scotus primò: Omnis distinctio rationis est secundum ordinem ad intellectum non cognoscentem in intuitu. Nam qui cognoscit intuituè, videt rem

ficuti est; vt simplicem, si est simplex; vt multiplicem, si est multiplex. At in cognitione intuitiua distinguuntur attributa: Deus enim ipse videt Filium v.g. gigni per intellectum, & non per voluntatem. Ergo distinguit intellectum à voluntate. Secundò, intellectus noster formans hanc enunciationem, *Intellectus diuinus formaliter non est voluntas diuina*, non causat illam veritatem rei, sed illam inuenit in re: ex eo enim quòd res est, vel non est, propositio est vera vel falsa: & non ex eo quòd hoc aut illud rei tribuatur ab intellectu. Ergo illa diuisio extremorum, & distinctio, debet esse in re. Tertio, omnis perfectio simpliciter simplex est in Deo formaliter. At intellectus, voluntas, sapientia, bonitas, omnipotentia, sunt perfectiones simpliciter simplices: ergo sunt in Deo formaliter. At qui vna formaliter non est alia, siquidem verè negatur de illa, & verè dicitur non esse illa: verum enim est dicere, intellectus non est voluntas, sapientia non est bonitas: ergo distinguuntur in re. Itè hæc formaliter & vt sunt distincta, sunt perfectiones simpliciter simplices: ergo sunt in Deo vt distincta. Confirmatur, quia alioquin non essent in Deo multa perfectiones, sed vna tantum. Denique ea de quibus verè prædicantur contradictoria, distinguuntur in re. Idem enim de eodem non potest verè simul affirmari & negari. Atquòd intellectus & voluntas affirmantur verè contradictoria: quòd intellectus generet, voluntas non generet: quòd voluntas spirat Spiritum Sanctum, & intellectus non spirat.

Ad primum: Nego primò distinctionem rationis per se solum posse in ordine ad intellectum non cognoscentem intuitiue: Nam etiam intuens potest videre, inadæquatè, & formare diuersos conceptus præcisiuos de re quam intuetur. Nego enim est necesse vt adæquatè videat, vel vt percipiat rationes omnes obiectiui rei quam videt, quamuis ab illa non distinctas. Cuius rei exempla sunt, quòd oculus v. g. intuens albedinem, non videt dependentiam eius à Deo, vel à subiecto, cuiusque inhætionem, licet planè indistinctam: & nos ipsi actus nostros internos intellectus & voluntatis secundum quid intuemur, & cognoscimus clarè, ac sensibilibiter quòdammodo, id est experientialiter, non tamen omni ratione peruidemus. Item quòd nemo Beatorum Deum quamuis simplicissimum, videt adæquatè omni ratione quã cognoscibilis est. Alioquin ipsum comprehenderet, quòd est contra Lateran. cap. Firmiter, & communem Theologorum sensum. Ac si iuxta multorum doctrinam, quibus fauent Gregor. lib. 4. dialog. cap. 33. & Concilium Senonense in decretis fidei, decr. 13. Beati vident in Deo, veluti in speculo voluntario, quæcumque scilicet contingenter de nobis: si non aliud aliud scit, & vnus & idè modò vnus, modò aliud pro diuersa occasione intelligit: ita necesse est vt Deus videat alia & alia ratione representantem;

quamuis res representans, & representatio prout se tenet ex parte Dei, formaliter sumpta, sit simplex realiter & indiuisibilis.

Nego secundò, in Dei cognitione, quã se ipsum intuetur, intellectum distinguere à voluntate, id est, cognosci vt distinctum formaliter & re ipsa, sed tantum vt distinctum virtualiter, idque non solum in ordine ad conceptus nostros, quibus Deus videt posse distinctè concipi & præcindi: sed etiam quatenus entitas eadem, quæ est voluntas, & intellectus, & omnipotentia, cognoscitur à Deo vt æquiualens multis, & multiplex virtualiter. Quæ distinctio à Becano parte 1. tract. 1. cap. 1. q. 1. conclus. 3. & ab alijs, vocatur virtualis ex natura rei, & generatur in eo consistit, quòd res aliqua, licet simplex formaliter & indiuisibilis secundum se, æquiualeat multis, & quodammodo in se habeat, ac si multiplex esset. Vnde fit vt non modo diuersimodè concipi, sed & operari inadæquatè, possit. Sic in creatis anima rationalis, quæ in eadem simplici entitate est vegetans, sentiens, & intelligens, est multiplex virtualiter. Et cum intelligit, operatur inadæquatè quã intelligens est: non quã sentiens, aut vegetans, id est, quatenus æquiualeat, aut similis est virtuti intellectiua Angelicum: non autem quatenus æquiualeat formis brutorum, aut plantarum: & è contrà, cum vegetat, operatur inadæquatè quã vegetans. Sic etiam intellectus est vnum quid formaliter, sed virtualiter multiplex, æquiualeat ac supereminens sensibus internis & externis, & inadæquatè operans, cum: hoc aut illud sensibile intelligit. Nam ad sonum percipiendum, non agit quatenus vim habet percipiendi colorem, id est, quatenus æquiualeat corporæ virtuti visiuæ: multumque minus quatenus valet ad percipienda spiritalia & insensibilia. Sic denique lux, quæ in eadem virtute est illuminatiua, exficcatiua, & calefactiua, est triplex virtualiter. Et cum illuminat tantum; inadæquatè agit: quã illuminatiua, non quã exficcatiua, vel calefactiua, id est, non quatenus æquiualeat siccitati, vel calori. Similiter ergo diuinæ entitas, quamuis simplex formaliter à parte rei, & indiuisibilis; est tamen virtualiter multiplex, quia multis æquiualeat ac supereminet: & diuersimodè operatur inadæquatè, siue ad intra generando Filium per intellectum, non per voluntatem, id est, quatenus habet intelligendæ vim, & æquiualeat ac supereminet infinite intellectui creato: non autem quatenus habet videndi facultatem, quã ratione spirat Spiritum sanctum: siue etiam ad extra, vt cum v. g. producit hominem per ideam hominis, & per potentiam executiua, vt productiuam hominis, applicatam à volitione liberè hominem producendi: ad quam actionem non concurrit, sed impertinens est, idea, & potentia, & volitio producendi leonem, vt sic: quamuis vtraque idea, & potentia, & volitio, fiat in Deo vna simplicissima. Neque mirum esse debet esse non

23. Deus non cognoscit intellectum suum vt distinctum à voluntate, nisi virtualiter. Becan.

Quid dicitur distinctio virtualis.

Entitas diuina est virtualiter multiplex.

22. Distinctio rationis & præcisio non repugnat notitiæ intuitiue.

Deus videt adæquatè à Beatis.

Lateranen.

eiam diuinam vnicam, & simplicem habere vim multiplicem: cum etiam in creatis vna natura valeat ad multas proprietates, & vnum principium ad diuersas & contrarias operationes. Quod si intellectus & voluntas diuina distinguerentur in re: oporteret illa ex vna simplici essentia, quasi descendere, quæ vel esset eadem re, cum intellectu & voluntate: vel haberet vim ex ea intellectus & voluntas cum distinctione descenderent. Quid ergo mirum est si ab vno & eodem sint diuersæ proprietates personales, prout illud vim multiplicem habet?

24.
Hæc propositio, intellectus diuinus non est voluntas formaliter, vno sensu est vera, alio falsa.

Ad secundum Respondeo, huius propositionis, *Intellectus diuinus non est voluntas formaliter*, duplicem esse sensum. Nam vox, *formaliter*, dupliciter sumi potest. Primò absolute, pro rei essentia in se. Secundò relative, in ordinem ad conceptus formales, & extrinsecam denominationem ab illis sumptam. Primus ergo sensus est, quod prout sunt à parte rei, vnum illorum, non est aliud secundum suam realem essentiam: & hoc est falsum. Secundus est, quod spectari possunt formaliter, id est, quatenus subsunt conceptibus formalibus diuersis, & dissimilibus, hoc est, diuersas veluti formas, representantibus, & prout sunt conceptus obiectiui præcisi & inadæquati, vnum illorum non exprimitur eo conceptu formali, quæ exprimitur aliud: & hoc est verum. Nam conceptus obiectiui intellectus vel sapientia, non exprimitur conceptu formali & expresso voluptatis aut bonitatis: id est, dum essentia diuina concipitur sub ratione formali & expressa sapientia aut intelligentia, non concipitur sub ratione voluptatis, ut sic, sed diuerso formali conceptui respondet. Et hanc veritatem tenent causat intellectus, quatenus hæc diversitas ipsi rei non conuenit, nisi per extrinsecam denominationem à conceptibus nostris formalibus, & per ordinem ad intellectum inale quate concipitur. Multa verò de rebus enunciatur verè, quia ipsæ conueniunt, non absolute, sed in ordine ad aliud, & in ordine ad ipsum intellectum: non obstante axioma Arist. *Ex eo quod res est, vel non est, propositio vera, vel falsa est*: Quod cum hac proportionem intelligi debet: ex eo quod res est, vel non est absolute, enunciatio de illa absolute facta, vera vel falsa est: & ex eo quod est vel non est respectiue ad intellectum, vel ad aliud, enunciatio quæ fit de illa respectiue considerata, vera est, vel falsa.

Quo sensu intelligenda, Ex eo quod res est, vel non est, propositio est vera, vel falsa.

Suarez.

Rationes formales præcise conceptæ non sunt de se inuicem prædicatæ.

Videatur Suarez disp. 6. Metaph. sect. 10. ubi rectè monet has propositiones, intellectus est voluptas, sapientia est veritas, & similes, esse simpliciter negandas: non propter distinctionem ex natura rei, quæ in re non est, sed propter modum significandi, qui adiuncta distinctione rationis sufficit ad reddendam propositionem falsam, quando vna ratio formalis præcise concepta, prædicatur de altera ratione distincta, similiter præcise concepta præcise: quod in illis locutionibus formibus, quæ in illi significat rationes formales, mutuo præcise. Vnde cum vna predicatur

de alia, significatur quod vna sit alia, non secundum rem tantum, sed etiam secundum præcisionem mentis, & secundum rationem ac denominationem extrinsecam: quod est falsum. Et hoc valde notandum est in huiusmodi argumentis, quæ in modo loquendi & concipiendi fundantur. Nos enim sicut concipimus, ita loquimur. Vnde, sicut conceptus nostri, etiam si veri, non semper sunt adæquati rebus ipsis: ita neque voces, quæ conceptibus commensurate sunt. Ideoque cauendum est, ne modum concipiendi nostrum transferamus ad res ipsas, & propter diuersum loquendi modum existimemus esse distinctionem, vbi verè non est. Cauendum, inquam, ne æquiuocè argumentum procedat à ratione obiectiua, ut præcisa ab intellectu, ad illam prout est in re; & attribuat rebus ipsis secundum se, quod solum per extrinsecam denominationem conuenit rationibus præcisis, ut sunt sub tali præcissione intellectus.

Ad tertium Respondeo, intellectum, sapientiam, bonitatem, & cætera attributa, dupliciter spectari posse. Primò, ut limitata à parte rei in creaturis, atque à se inuicem distincta realiter: & sic non sunt perfectiones simplices: repugnant enim simplici vnitati, quæ melior est. Secundò, quatenus abstrahuntur ab huiusmodi imperfectione, & ab alijs quibus coniuncte reperiuntur in creaturis: & sic in Deo sunt. Neque verum est quod ait Scotus, intellectum, sapientiam, bonitatem, & similia, abstractissimè sumpta, differre inter se ex natura rei: ac proinde differre similiter in quocunque indiuiduo ad quod contrahuntur, adeoque differre etiam in Deo: nam vbiunque sunt, retinent suam rationem genericam, aut quasi genericam. Non est, inquam, hoc verum: quia perfectiones illæ abstractissimè sumptæ, prout à Deo & à creaturis abstrahuntur, præcise sunt per mentem ab identitate vel diuersitate reali inter se, & ad illam indifferenter ac permixtè se habent: & in particularibus speciebus, aut indiuiduis, alicubi identificantur, ut in Deo: alibi distinguuntur, ut in creaturis.

Ad Confirmationem Respondeo, in Deo non esse multas perfectiones in re diuersas (præter proprietates personales, de quibus hæc non loquimur) sed vna simplici essentia contineri formaliter, & essentialiter diuersas perfectiones, quæ sunt in rebus creatis, & infinite plures. Formaliter, inquam, id est, secundum idem nomen, & eandem rationem ab imperfectionibus creaturæ abstractam: quo pacto continentur sapientia, bonitas, intellectus, voluntas &c. Eminenter autem, id est, non secundum idem nomen, neque secundum eandem rationem, sed secundum aliam nobiliorem: quo pacto continentur perfectiones materia, forma, cælorum, elementorum, mixtorum, caloris, frigoris, & similes. Legatur S. Tho. 1. 2. 3. 2. 3. & 4.

Ad vltimum Respondeo, non esse contradictoria, id est, non efficere contradictionem, propositionem, prædicata in exemplum.

25.
Quomodo intellectus, sapientia &c. sine perfectione simplici.

Verus sensus harum propositionum, intellectus diuini generat, voluntas non generat.

lata: quia non enunciantur de eodem, secundum idem, & eandem rationem spectato: sed sumpto diuersa ratione; propter æquiualentiam ad multa, & prout in re ipsa multis æquiualeat. Sensus enim verus harum propositionum, *Intellectus diuinus generat, & Voluntas diuina non generat; voluntas spirat, intellectus non spirat*, hic est: Eadem entitas simplex à parte rei, sed æquiualeat virtutibus intelligendi & volendi, distinctis in creaturis (iuxta sententiam plurimorum) generat Filium præcisè, quatenus æquiualeat virtuti creatæ intelligendi: & non generat quatenus præcisè æquiualeat facultati volendi. Eademque entitas spirat prout æquiualeat facultati volendi, & non spirat quatenus præcisè æquiualeat virtuti intelligendi: quod verissimum est, & expers contradictionis. Similique modo de intellectu creato, æquiualeat sensuum facultatibus, verè ac sine contradictione dici posset; intellectus quatenus præcisè est vis perceptiua soni, per æquiualentiam ad sensum auditus; non est vis perceptiua coloris & luminis, præcisè per æquiualentiam ad sensum visus; neque est vis perceptiua odorem præcisè per æquiualentiam ad sensum odoratus: & affirmare vnum de aliis, sub eadem præcisione, falsam reddit propositionem in sensu formali: quia sensus est, intellectum percipere colores, quatenus præcisè æquiualeat auditui: aut percipere sonos, quatenus præcisè æquiualeat odorati: quod est falsum: Nam licet eadem entitate æquiualeat utrique: tamen si tantum æquiuolleret visui, non perciperet sonos. Et hoc est, quod per huiusmodi præcisiones & propositiones significamus.

SECTIO V.

An attributa diuina distinguantur saltem ratione, vel inter se, vel ab essentia?

28 Sententia Nominal. Gregor. Major. Gab. is. Okam.

Partem negantem tinentur Nominales, Gregor. Arimin. in 1. dist. 8. qu. 2. art. 1. & 2. Major ibid. q. 1. Gab. dist. 2. q. 1. Okam ibid. qu. 2. & alij, quos nonnulli recentiores sequuntur: affirmantes non per intellectum quidem distinguuntur attributa diuina, vel inter se, vel ab essentia: sed esse solum diuersa nomina eandem rem, & sub eadem ratione intrinsecâ, significanda: licet interdum connotent diuersos effectus, vel diuersas perfectiones aut imperfectiones creaturarum, quibuscumque Deus ab intellectu nostro comparatur, & nomine comparatiuo, seu connotatiuo, diuersimodè significatur. Ex gr. dicitur misericordia, in ordine ad effectum parcendi & miserendi; iudicia, per ordinem ad effectum puniendi: dicitur sapientia, bonitas, & omnia potentia, per comparationem ad perfectiones creatas sapientia, bonitas, & omnia potentia multiplicis creaturarum, cui Deus infinite supereminet: dicitur denique immortalis, immutabilis, infinitus, & immen-

sus, per negationem imperfectionis defectibilitatis, mutabilitatis, & limitationis, quæ est in creaturis. Et hanc sententiam plerique Nominalium extendunt ad proprietates relatiuas personarum diuinarum comparatas cum essentia, à qua ne ratione quidem distinguuntur.

Sed hæc doctrina videtur esse improbabilis & reiicienda: quia non modo D. Thom. & torréti Theologorum ac Philosophorum sine solido fundamento sese opponit: verum etiam Scripturæ, Conciliis, sanctis Patribus, & rationi repugnât. Primum enim, Scriptura sæpè loquitur de attributis diuinis, vt de multis: Ergo vt de distinctis ratione saltem, siquidem non distinguuntur in re, vt nos supra ostendimus, & fatentur Nominales. Consequentia patet: quia quæ multa sunt, distincta sunt: & vbicumque est multitudo, est distinctio. Antecedens verò probatur his & similibus Scripturæ locis. Rom. 1. v. 20. *Inuisibilia ipsius (Dei) à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas.* Et cap. 11. v. 33. *Altitudo diuinarum sapientia & scientia Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles via eius! Quis enim cognouit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit?* Et Pl. 110. v. 2. *Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius.* Et, vt alia innumera præteream, Christus ipse Iohn. 16. vers. 15. de attributis diuinis, sibi vt Verbo communicatis à Patre, tanquam de multis, adeoque saltem ratione distinctis, loquitur, cum sic ait, *Omnia quæ habet Pater mea sunt. Propterea dixi, quia de meo non accipiet.* (Spiritus sanctus) & *annuntiabit vobis.* Vbi sermonem de diuina essentia, eiusque attributis, patet primum ex ipso textu. Christus enim hæc loquitur ad probandum Spiritum S. à suo acceptum; nec repugnare quòd Spiritus sanctus à Patre procedat (vt paulò ante dixerat) & à Patre accipiat quicquid habet: & nihilominus à se quoque, vt Verbo, accipiat: quia, inquit, *Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi, quia de meo non accipiet.* Patet secundò ex communi expositione Patrum & Interpretum, de quibus vide Maldonat. & Cornelium in eundem locum. Patet tertio, & certissime, ex Concil. Florent. sess. vlt. in literis vniuersionis, vbi prædictam expositionem tradit atque confirmat his verbis: *Omnia quæ Patris sunt, ipse Pater vniuerso Filio suo dedit gignendo, prater esse Patrem.* Ex quibus & similibus Scripturæ testimoniis liquet Spiritum sanctum, & Scriptores sacros, eius instinctu & dictamine feribentes, longè aliter sentire ac loqui quàm Nominales, qui tanto opere ab his loquendi modis abhorrent, aiuntque falsò & perversè concipi aut dici multa, ea quæ vnum sunt.

Secundò, Concilia non modo de diuinis attributis loquuntur in plurali vt de multis, adeoque saltem ratione distinctis: verum etiam dicunt in terminis, ea distinguuntur ratione, seu per conceptum: & de illis in many aliis, quæ sine aliqua distinctione, saltem in

29. Probatur ex Scripturæ, & Conciliis, diuina distinguuntur ratione.

Maldonat. Cornelia Lapid. Florentina.

30. Idem probatur ex Conciliis.

VI. Synod.

tionis, non possunt esse vera. Ergo doctrina Nominalium repugnat doctrinæ, & modo loquendi Conciliorum: ideoque merito videtur esse rejicienda. Prima pars antecedentis probatur ex verbis Florentini Concilii Oecumenici, quæ paulò ante rescripsimus. Secunda probatur ex VI. Synodo generali act. 17. in epist. Sophronii, quæ approbatur. act. 13. ubi aperte docetur distinctionem esse rationis inter essentiam diuinam & proprietates, his verbis: *Et in xpo quod Deus est, id ipsum existit vniuersumque: dum seorsim consideratur, ipsa intelligentiâ, quod non separabile, separante, ut Pater, Filius, & Spiritus sanctus aliud & aliud non dicantur.* Vbi notanda est primò particula reduplicatiua, *juxta quod Deus est*: designat enim aliquem sensum formalem, diuersum ab eo secundum quem sunt, & dicuntur esse tres personæ realiter distinctæ. Notanda secundò sunt verba illa, *ipsa intelligentiâ quod non separabile separante*, id est, ea distinguente per conceptum, seu conceptibus diuersis exprimente, quæ in re ipsa distingui & separari non possunt. Et clarius in Concilio Florent. sess. 18. §. *Diuina substantia.* Vbi Ioannes Theologus agens partes Ecclesiæ latinæ, sic ait: *Diuina substantia, & persona, re quidem sunt idem: secundum autem modum intellectiōis nostræ, differre videntur.* Vbi quod ait, *videntur*, non intelligit de ignatis & imprudentibus, quibus perpetam ita videatur; sed de doctis & sapientibus, quales erant Patres Concilij, quorum partes agebat. Quod tum per te patet, tum ex verbis que sequuntur immediatè manifestum est: pergit enim in hunc modum: *Nam persona ex substantia proprietatibusque consistit, que tumet ratione, ac sensu nostram intelligentiam, ut supra dictum est, differant: ipsa tamen substantia cum personis communicat: proprietates vero nequaquam communicatiles sunt.* Et ne quis respondeat Ioannem Theologum ex suo tantum sensu priuato, non ex merito Concilij ita locutum esse, & in eo errasse; Concilium Florent. eius doctrinam manifestè approbat sess. vii. in confess. fidei, missa à Leontio ad Græcos, & à Græcis recepta & approbata, ubi sic habet. *Ne substantiam, diuinam, re non autem sola ratione ab hypostasis & personis differre credere videamur: nec non ne quisquam credendo sanctum Spiritum ex solo Patre procedere, tres in partes unam illam substantiam cluidi mens iconspiciat: (ita scilicet ut singulæ triam illarum partium singulis tribus personis tribuantur) ideoque Verbum, ex Filioque, necessarium in symbolo duximus esse.* Quibus verbis clarè significant Patres Ecclesiæ Latinæ se credere quidem distingui ratione substantiam diuinam à personis: ideoque velle videri id credere, seu non refugere hanc existimationem Græcorum, quòd id credant. Et non credere distingui in re, ideoque nolle videri id credere, sed refugere hanc suspiciōem de sua fide.

31

Cōcil. 10.

Tertia pars eiusdem antecedentis probatur ex Conc. Teletano VI. & XI. affirmante in ipsa huius professione, solum Filium assumptis-

se humanitatem in eo quod est proprium Filij, non quod est commune Trinitati, id est, in Filij proprietate, non in essentia quæ est communis. Quare velint nolint Nominales (nisi velint Conciliis illis contradicere) admitenda est distinctio aliqua, saltem rationis, inter naturam & proprietatem Filij: esseque in Filio aliquid commune, & aliquid proprium: in quorum vno fiat immediatè vno Verbi cum humanitate, in alio non fiat. Item in VI. Synodo generali act. 8. longè ante finem, asseritur Patrem, Filium, & Spiritum sanctum nihil in incarnatione habere commune, nisi benignissimam misericordiam & voluntatem. Quod est aperte dicere aliquid esse in Filio commune illi cum Patre & Spiritu S. secundum quod non incarnatur, id est, secundum quod non vnitur immediatè humanitati: & aliquid proprium, secundum quod incarnatur: ac proinde aliquam esse distinctionem inter essentiam communem tribus personis, quæ non incarnatur: & inter proprietatem Filij, quæ incarnatur. Est enim euidenter impossibile vnum & idem penitus re & ratione, incarnari & non incarnari: ac de eodem secundum idem penitus, & respectu eiusdem, affirmari verè dicitur contradictoriè: vnde duo affirmantur de Verbo respectu humanitatis. Est quoque euidenter falsum, quòd si essentia communis, & proprietates Filij differant tantum penes nomina, & non re vel ratione vll modo, possit quicquam verè affirmari de proprietate Filij, quod non verè affirmetur de essentia. Sicut supposito quòd gladius & ens differant tantum nomine; est euidenter impossibile quicquam verè prædicari de ense, quod non verè prædicetur de gladio.

Ex his sufficienter probatum manet totum antecedens; patetque Nominales aliter loqui & sentire, quam docent Concilia, quando affirmant proprietatem substantiæ, ne ratione quidem distingui ab essentia, sed nomine tenuis tantum differre. Errantque pariter cum dicunt nullam dari distinctionem rationis: quandoquidem, iuxta Concilia, debet admitti necessariò inter essentiam & proprietates relatiuas, supposito quòd non distinguantur in re, ut ex Conc. Lateran. & Rhem. contra Scotos ostendimus sect. 30. Posito autem quòd essentia & proprietates relatiuæ distinguantur ratione, corrumpunt omnia Nominalium argumenta, quibus contendunt attributa diuina absoluta non distinguui, & falsæ esse conuincuntur, atque doctrinæ Conciliorum differantia: quæ nituntur his principiis quæ æq; impugnant distinctionem rationis inter essentiam & proprietates relatiuas, ut videbimus sect. sequenti.

Tertio, sancti Patres loquuntur non modò de essentia & proprietate relatiua, sed etiam de attributis diuinis absolutis, tanqu岸 de multis, asseruntque illa distingui ratione. Ergo sententia Nominalium repugnat sanctis Patribus. Antequam probetur testimoniis quæ sequuntur. S. Basili. lib. 5. contra Eunomianum initio, sic habet: *Quæque Patri et Deo, non ut Patri in sunt: & quæcumque Filio et*

VI. S. no. 6.

32

Idem probatur ex Patribus.

Basili.

SECTIO VI.

Impugnatur amplius opinio Nominalium; & confirmatur vera sententia.

Quartò denique, quòd opinio Nominalium repugnet etiam rationi, probatur, quia primò evidens est re simplicissima posse cognosci imperfectè, & quidem ita vt multa eius attributa æque ignorentur vt talia, ac si penitus non essent. Tali, verò modo cognosci, est cognosci per præcisionem & inadæquatè: Ergo, &c. Minor patet ex definitione cognitionis præcisiuæ, quæ est, cognoscere vnum non cognito alio, scilicet licet indistincto, atque ita hoc ab illo per mentem diuidere, & secerere cognitione. Maior verò probatur exemplis manifestis. Qui videt autem intelligit intuitiue albedine præsentem, non videt eius inhærentiam, nec aliter eam intuetur, quàm si non inhæretet: vnde fit vt species consecrata non possit experientiã discerni à non consecratis. Qui solo naturali lumine Deum cognoscit ex creaturis, non cognoscit Trinitatem Personarum, quæ sine reuelatione cognosci nequit: neque etiam nouit Dei secreta consilia, & libera decreta, de quibus ait Paulus Rom. 11. Quis enim cognouit sensum Domini? &c. Item quòd cogitat de Deo vt iustus est, nõ cogitat de illo vt miseris cors est: sed perinde de illo cogitaret, quãuis re ipsa misericors non esset. Et cum Deus reuelauit hominibus se esse Trinum; & alia quædam rationem naturalem excedentia: profectò cognouerunt homines de Deo aliquid per talis reuelationem, quod antea non cognoscebant. Neque respondeas quæcumque rei identificantur, cognosci confusè, quando res cognoscitur quomodocunque. Vel enim sensus est quòd cognoscatur identice, id est, cognoscatur aliquid quod est idem cum illis: & hoc quidem verum est, sed non obest præcisioni, quia licet cognoscatur aliquid quod re ipsa est tale, non tamen cognoscitur vt tale. Vel sensus est quòd cognoscatur etiam vt tale, sed obscuriùs; quemadmodum idem cognoscitur per conceptum definitiõnis, & definitiõis: & hoc apertè falsum est. Nam quicquid cognoscitur vt tale, & secundum se, etiam confusè, est obiectum cognoscentis: idem est enim cognosci, & obisci cognitione. At quædam attributa quæ latent, nec sunt, nec esse possunt obiectum cognoscentis: V.g. inhærentia aëdiis non est obiectum oculi, nec Trinitas personarum est obiectum naturale intellectus humani, Deum cognoscentis imperfectè sine reuelatione. Quare in tali modo cognoscendi non est tantum confusio, sed simplex ignoratio quorundam rationum vt telium, seu attributorum indistinctorum, quod est præcisè cognoscere, & abstrahere, per omissionem alicuius realiter indistincti ab eo quod cognoscitur.

Secundò, ad distinctionem rationis ratio cinatæ, & præcisionem mentalem tria requiruntur & sufficient, vt rectè notat Ruic, disp.

E 2

Deo, non vt Filio insunt: ea etiã Spiritui insunt. Vbi nota primò, Basilium distinguere in Patre & Filio aliqua, quæ illis insunt vt Deo (quæ ait inesse quoque Spiritui sancto) & aliqua, quæ illis insunt vt Patri & Filio. Nota secundò, Basilium distinguere illa ipsa quæ insunt Deo vt Deo, id est, attributa absoluta & communia: cum ait in plurali, Quæcumque: ubi enim est pluralitas, est distinctio: Quia distinctio non potest esse nisi inter plura, id est, inter vnum & aliud. Idem enim non distinguitur à seipso. Simili modo loquitur Gregorius Nazianz. orat. 44. in sanctam Pentecosten, paulò post med. num. 14. Omnia, inquit, quæcumque habet Pater, sunt Filij, præterquam quòd ingenuus non est. Omnia quæcumque Filius, Spiritus sancti sunt, si generationem exceperis. Et orat. 13. quæ est secunda de Pace num. 24. ait Trinitatem esse vitas & vitam, lumina & lumen, bona & bonum, glorias & gloriam, veram ac veritatem ac spiritum veritatis, sancta & sanctitatem ipsam, Deum vnumquodque, si separatim consideretur, mente videlicet ea quæ separari nequeunt separantè.

Nazianz.

Athanas. dial. 1. inter. ad. & finem. Gregor. Nylien.

Athanas. Dialogo 1. de Trinitate contra Anomæon: Hypostasis est incorruptibilitas, insubstantia, sanctificatio. Hac omnia vt in Patris, ita & in Filij hypostasis considerantur. Gregor. Nylien. toto lib. de differentia essentia & hypostases, defendit hæc nomina differre significatione atque ratione. Et lib. 2. de Trin. ad Eustathium, generatim sic ait de nominibus attributorum essentia diuina: Cum aliquis vniuscuiusque horum nominum, & ipsius nature, circa quam ea nomina intelliguntur, rationem reddat ac definitionem, non eandem reddat vt roborumque rationem.

Cyrrill. Alexand.

Cyrrill. Alexand. lib. 11. Thefauri cap. vnicò prope finem, de diuinis nominibus sic loquitur: Hac omnia non substantiam, sed aliquid eorum quæ in substantia inspicuntur, significant. Nota, aliquid eorum quæ in substantia inspicuntur: Quibus verbis apertè pluralitatem aliquam significat attributorum in personarum. Hilar. lib. 2. de Trin. post med. ponderans illud Christi apud Ioan. cap. 16. vers. 17. Omnia quæcumque habet Pater mea sunt: Sic ait: Deus in his ostendit intelligendum esse quæ sua sunt, in virtute, in æternitate, in pronuntia, in potestate. Non quòd hæc Deus ita habeat, tanquam aliquid extra se, credendum sit.

Hilar.

al. tanquã aliquid extrinsec. Anselm.

Anselm. in Profologio cap. 18. sic Deum loquitur: Certè vitas, sapientia es, veritas es; locutus es, ait. vitas es, omne vnum bonum es. Nulla sunt hæc. Non potest angustus intellectus Deum totum vno simul intuitu videre, vt omnibus delectetur. Quòd verò ait immediatè antea, Tu es ipsa vitas nullo intellectu diuisibilis. Ergo vitas, & sapientia, & reliqua, non sunt partes tuæ, sed omnia sunt vnum: hunc habet sensum: Quòd nullus intellectus, quantum nis subtilis & perspicax, possit in nature diuinæ unitate & simplicitate distinctionem ullam realem & intrinsecam apprehendere, ac vitam, sapientiam, & reliqua, non esse partes realiter. Eodemque sensu intelligendi sunt alij alij Partes, qui simili modo quantur.

33

Primariis contra sententiam Nominalium.

Res possunt concipi inadæquatè.

Quenam
conueniatur
ad præci-
sionem men-
talem.

12. de Trin. sect. 2. initio. Primum, pluralitas conceptuum, seu realis seu virtualis, ita ut saltem conceptus physice vnus includat virtualiter duas intellectiones. Secundum, ut realiter & intrinsicè conueniant rei ea quæ conceptibus illis significantur. Tertium, ut per illos conceptus res melius penetretur, deteganturque veluti diuersæ perfectiones, secundum quas res virtualiter multæ lex est, & æquiualeat multis. Quod postremum saltem ad inueniam præcisionem requiritur. At hæc omnia posse contingere experientia ipsa manifestum est. Imò rerum perfectio, & intellectus nostri imperfectio, ad hoc nos cogit. Cum enim essentiam substantiarum perse non cognoscamus, sed per effectus, qui singuli non sunt adæquati essentia à qua procedunt: cogimur conceptum illius imperfectum & inadæquatum formare, secundum quod respondet tali effectui nobis noto; non constituto conceptu eiusdem, prout respondet alijs effectibus, quem postea illis visis formamus, & ita essentia perfectionem melius penetramus. V. g. cum videmus hominem sentire; intelligimus eius essentiam esse principium substantiale sentiescendi, & cum brutis conuenire. Cum autem experimur ipsum ratiocinari; intelligimus eandem essentiam esse principium intelligendi, & in eo excedere bruta, & accedere ad Angelos.

35.
D. Thom.
Cur & quo-
modo di-
tinguatur
ratione at-
tributa di-
uina?

Item vt rectè docet S. Thom. quart. 13. artic. 4. intellectus noster, cum non cognoscat Deum naturaliter nisi ex creaturis, quarum nulla perfectionem Dei adæquat: format ad intelligendum Deum conceptiones proportionatas perfectionibus procedentibus à Deo in creaturas; conceptiones, in quibus diuersas, & inadæquatas Dei perfectioni: sicut creaturarum perfectiones, quibus proportionantur, sunt diuersæ, & inadæquate infinitæ Dei perfectioni. Quæ quidem perfectiones creaturarum in Deo præexistunt vniuersè & simpliciter, id est, sine ulla distinctione in re: in creaturis vero recipiuntur diuise & multipliciter. Sicut igitur diuersis perfectionibus creaturarum respondet vnum simplex à parte rei principium, representatum per diuersas perfectiones creaturarum variè & multipliciter: ita variis & multiplicibus conceptibus intellectus nostri, respondet vnum omnino simplex à parte rei, secundum huiusmodi conceptiones imperfecte, id est, inadæquate intellectum. Et ideo nomina Dei attributa, licet significant vnã rem, tamen quia significant eam sub rationibus multis & diuersis, non sunt synonyma. Hæc S. Thomas: qui initio corporis eiusdem articuli ait eiusmodi nomina non significare solum diuersas rationes, secundum diuersas negata, vel secundum diuersos effectus connotatos: sed ipsam substantiam diuinam imperfecte, id est, inadæquate significare. Et tertium affirmat Deum esse vnum, & plures, inadæquate scilicet: id est, secundum rationem: quia intellectus noster, ita multipliciter apprehendit eum, sicut res creata multipliciter ipsum representant.

Tertio, ea de quibus duo contradictoria

verificari possunt, distinguuntur saltem ratione: contradictoria enim de eodem secundum eandem omnino rationem vera esse non possunt. Atqui de diuinis attributis, de quæ essentia & rationibus diuinis, verificantur duo contradictoria: nam Filius gignitur per intellectum, non per voluntatem: contra verò, Spiritus sanctus producit per voluntatem, non per intellectum: atque ita intellectus generat, voluntas non generat; voluntas spirat, intellectus non spirat: omnipotentia nec generat, nec spirat. Item natura diuina neque generat, neque generatur: Pater verò generat, Filius generatur: natura tota communicatur Filio, Paternitas non communicatur Filio: natura non vnitur secundum se humanitati, hypostasis Verbi vnitur secundum se humanitati. Quare inter hæc debet saltem distinctio rationis admitti. Confirmatur, quia vbi est præcisio & inadæquatio quoad aliquam functionem realem: multò magis potest esse quoad modum concipiendi accommodatum illi functioni. At in exemplis allatis est præcisio & inadæquatio quoad functionem realem generandi, spirandi, creandi, communicandi, & vniuersi. Ergo &c. Item si conceptus obiectiuus Paternitatis esset omnino idem qui essentia diuina: tam verum esset dicere, Filiatio est Paternitas: quàm, Filiatio est essentia. Idem enim omnino esset prædicatum propositionis vtriusque, quia idem omnino conciperetur & affirmaretur in vtraque propositione. Similiter tam verum esset dicere essentiam generare & generari, producere & produci, quàm Patrem generare, & Filium generari. Item Filium procedere per voluntatem, & quæ ac Spiritum S. & Spiritum S. per intellectum, & quæ ac Filium: imò ambos procedere per omnipotentiam, & quæ ac creaturas: quæ omnia sunt aliena à fide Catholica. Nisi enim vnã ab alio præscindi possit per iudicium: quicquid de vno affirmatur, de alio quoque affirmatur, vt ostendimus amplius paulò post: & propositiones sunt & quæ veræ, quæ de subiecto vno & eodem, re ac ratione, nominibus licet diuersis significato, idem prædicatum enunciant. Ex. g. si gladius & ens idem re & ratione significant, quicquid verè affirmatur de ense, potest verè affirmari de gladio. Et quia hæc voces Deus, & Deus, habent idem significatum re & ratione: quicquid de Deo verè affirmatur sub voce Deus, potest affirmari sub voce Deus, & nemo de illo negauerit sub voce Deus, quod affirmauerit sub voce Deus. Habent hæc certè nomina, ubi applicentur suum illud solenne argumentum contra præcisiones: Vbi non est vnũ & aliud, nõ potest cognosci vnũ sine alio: sed in re simplici nõ est vnũ & aliud: Ergo, &c. Simili enim modo dicere possunt: Vbi non est vnũ & aliud, nõ potest vnũ producere aut produci sine alio: vnũ num generat & aut generari sine alio: vnũ spirare aut spirari sine alio: vnũ comunice aut vtrũ sine alio. Sed in simplici essentia diuina non est vnũ & aliud: simi, & quæ in qualibet persona diuina, quæ ens simplicissimum, nõ est vnũ & aliud: Ergo nõ

Efficax ratio contra Nomina

potest essentia diuina communicari Filio sine Paternitate, id est, non communicata Paternitate: neque hypostasis Verbi vniri humanitati, sine natura: neque intellectus generare, sine voluntate, aut omnipotentia: neque voluntas sine illis spirare: adeo vt tota essentia diuina æqualiter generet, spiret, & creet: nec denique essentia diuina potest non produci, producto Filio, seu Filij proprietate, quæ non est aliud re ab essentia. At hæc omnia sunt absurda & hæretica: ergo & principium Nominalium ex quo sequuntur, est plusquam falsum. Vnde merito Suar. lib. 7. de Trin. cap. 1. num. 1. de opinione Nominalium sic ait: *Hæc opinio si in re ipsa differat à communi sententia, est plusquam falsa. Si verò tantum in modo loquendi, est impertinens & sine fundamento, & vix permittit nobis vti vocibus apertis ad explicandum hoc mysterium, Trinitatis scilicet.*

Suarz.

37

Hurtad.

Hurtadus verò nouus Nominalis disput. 6. Metaph. sect. 4. §. 65. primæ editionis, fatetur quidem hoc argumentum esse difficillimum solum: sed tandem responderet, distinctionem virtualem sufficere. Veram ex hac virtuali distinctione manifeste sequitur distinctio præcisua, vt ante indicauimus. Quia si hæc præcindunt secundum realem functionem: multo magis possunt præcindi secundum cognitionem proportionatam tali functioni. Deinde hoc ipso quod affirmo vnum sine alio, id est, non affirmando aliud; præcindo per iudicium vnum ab alio. Quia sicut cognoscere vnum sine alio, est præcindere per cognitionem; & apprehendere vnum sine alio, est præcindere per apprehensionem: sic affirmare vnum sine alio, est præcindere per affirmationem. Atqui affirmo de essentia, *communicari*; sine Paternitate, id est, non affirmando id de Paternitate, de qua sine hæresi non possum id affirmare: Similiterque affirmo de hypostasi Verbi, *vniri*; non de natura: de intellectu, *generare*, non de voluntate: Ergo &c. Imò, quia id quod affirmatur, necessario apprehenditur & cognoscitur prout affirmatur, siue distincta apprehensione à iudicio ipso, siue non; vbiunque est præcisio iudicatiua, est etiam apprehensua. Et hoc argumentum diligenter notandum est, quia rem demonstrat.

8. Deus ali- quæ modo distinguit sua attributa.

Dices hinc etiam Deus quoque præcindere, quia cognoscit & affirmat essentiam communicari, non proprietatem: Intellectum generare, non voluntatem. Respondeo, Deum præcindere eodem modo, quo iudicat. Sicut autem non iudicat per realem compositionem: ita nec præcindit per realem distinctionem actuam, sed per simplicem actum, quo penetrat totam virtutem suam amplitudinem, agnoscitque quot, & quibus, & quomodo æquivalens, longe perfectius quam nos distinctis actibus id cognoscimus. Cognoscit item quomodo possit diuersis non conceptibus in æquatis respondere: Potestque v.g. Pater diuinus enumerare a se ac re ipsa enunciare: Ergo & Fi-

lius & Spiritus sanctus vnum sumus. Sicut Christus quæ Verbum de seipso enunciauit, *Ego & Pater vnum sumus.* Vnum scilicet, per naturam: & non vnum, per proprietates quibus distinguimur. Affirmare autem vnum sine alio, est præcindere per iudicium, vt supra ostendimus. Potest etiam Pater æternus dicere: *Ego & filius vnum sumus natura,* non personâ; habetque conceptum huic propositioni æquivalentem. At hæc propositio distinguit naturam à persona, siquidem vnâ alteri opposit, quodque de vna affirmat, negat de altera. Consentit Arriaga vi argumenti oppressus, licet alioqui Nominalis, vt videbitur sect. 7. Item quod Deus aliquo modo distinguit sua attributa, docent nobiscum præter Arriagam, Molina 1. part. qu. 28. art. 2. disput. 3. conclu. 5. Cusiga de Trinit. disput. 3. dub. 6. num. 3. Gillius lib. 2. tract. 6. cap. 12. num. 4. Capreolus, Durandus, Henricus, Torres, relati à Molina supra, & à Vazquez disp. 118. cap. 1.

Molina Cusiga Gillius Vazquez

Huic primæ rationi Theologicæ alia addi potest non minus efficax & demonstratiua, suppositis principiis fidei. Secundò enim, si in diuinis non est distinctio neque virtualis, neque rationis, inter attributa essentia diuinæ, neque inter essentiam & proprietates personales, vt docent aliqui Nominales, & c. hærenter loquendo debent omnes alij docere, si non morizant, quia vnum ex alio sequitur, vt antea ostendimus: Sequitur primò, non posse distinguere fecunditates & origines actiua Filij & Spiritus sancti, ita vt Filius gignatur per intellectum, & Spiritus sanctus procedat per voluntatem. At hoc erroneum & hæreticum est: Ergo &c. Probo sequelam. Nam si intellectus nihil est aliud quam voluntas, neque virtualiter, neque ratione: Ergo intellectus, qui est principium generationis, non differt vlla ratione à voluntate, quæ est principium spirationis: Ergo est idem omnino: quia quæ non differunt, idem sunt. Ergo idem omnino est principium vniusque productionis. Ergo & eadem fecunditas & origo actiua, quæ est ipsum principium vt potens ad producendum.

39. Alia ratio efficax contra eodẽ.

Dices, intellectum diuinum vt fecundum ad generandum, non esse intellectum diuinum simpliciter, sed intellectum taliter se habentem vt se habet in Patre: & similiter voluntatem, vt fecundam ad spirandum, non esse voluntatem simpliciter, sed voluntatem ita se habentem, vt se habet in Patre & Filio. Sed contra: Intellectus taliter se habens, per te, nihil est aliud ne virtualiter quidem & ratione, quam intellectus simpliciter: neque enim vis posse vel ratione distingui. Similiterque voluntas taliter se habens, nihil est aliud, per te, quam voluntas simpliciter, & ne ratione quidem aut virtualiter differt ab illa: ergo nihil, *taliter* & *taliter*, nullam ponit distinctionem inter principia productionum. Probo consequentiam: quia vbi nihil est aliud, ne virtualiter quidem & ratione, quæ non est intellectus & voluntas diuina, nulla est distinctio:

E 3

hæc enim per te nulla ratione differunt: sed ubi est intellectus taliter se habens, & voluntas taliter se habens, per te quoque nihil est aliud, ne ratione quidem, quam intellectus & voluntas divina: ergo ibi quoque nulla est distinctio. Atque hæc instantia contra hoc vnicum effugium Aduersariorum valde notanda est, ostendit enim euidenter illud frivolum esse, nec quicquam præter verba, aut contradiktionem apertam continere.

41
Sequitur secundò, si nulla est distinctio, ne virtualis quidem & rationis, inter essentiam & proprietates personales; non esse realem distinctionem inter personas: quod hæreticum est, & Sabellianum. Probo sequelam: Nam essentia diuina non distinguitur realiter à seipsa. Atqui in diuinis nihil est aliud, per se, neque virtualiter, neque ratione, quam essentia diuina; siquidem vis proprietates personales neque virtualiter, neque ratione distingui ab essentia: ergo nihil est per quod personæ distinguantur realiter. Item Pater & Filius non distinguuntur realiter per essentiam. Atqui nihil habent aliud neque virtualiter, neque formaliter, quam essentiam: ergo nihil habent per quod distinguantur realiter. Dices habere essentiam tali modo se habentem, & per illam ut sic se habentem, realiter distinguui. Sed contra, essentia tali modo se habens, per te, nihil est aliud nec virtualiter, nec formaliter, seu ratione, quam essentia. At non distinguuntur realiter per essentiam: ergo nec per illam tali modo se habentem. Si enim, modus se habendi nihil est aliud, quam essentia: non potest esse fundamentum, aut extremum distinctionis, magis quam essentia. Et denique ubi nihil est aliud quam essentia, non potest per quod distinguatur, si non distinguatur per essentiam.

42
Sequitur tertio, non esse realem productionem inter personas diuinas, quod est hæreticum & Sabellianum. Etenim productio realis debet terminari ad aliquid, quod verè & realiter producat. At non productus est aliquid, quæ formaliter improducta est; formaliter autem improductum, non est formaliter productum. Nihil verò est aliud, neque formaliter, neque virtualiter, quam essentia. Ergo nihil est quod producat. Certè vel nihil producat, vel idem formaliter est productum & improductum; aut idem & non idem formaliter; quod est contradictorium. Confirmatur, quia vel productio realis terminatur ad essentiam diuinam, vel ad aliquid aliud quod verè & realiter producat. Primum est hæreticum, damnatum in Lateran. cap. *Damnatus*. Secundum etiam dici nequit, si non est aliud neque virtualiter, neque formaliter, sique Filius, aut proprietas Filij, nec virtualiter, nec formaliter distinguitur à diuina essentia. Propter quæ omnia censeo hanc sententiam cum mysterio Trinitatis non bene coherere. Exemplum verò ceræ tripliciter figurata, quo se quidam videntur demonstrabatur à libris profus inuicem, & alienum à sensu Patrum & Ecclesiæ.

SECTIO VII.

Respondetur præcipuis Nominalium argumentis.

43
Omissis multis, quæ alibi commodius refutabuntur, obijciunt primò, & præcipuè, Gregor. Gabriel, Maior, alique veteres Nominales, quicquid est individuum in se, & sine vlla distinctione naturæ suæ, non potest per aliquid extrinsecum distingu. At intentio seu ratio nostra est extrinseca rebus quas intelligit: ergo non possunt per eam distinguui. Respondeo distinguendo maiorem. Non potest per aliquid extrinsecum distinguui intrinsecè, & in seipso, concedo. Distingui extrinsecè, id est, denominari extrinsecè distinctum à conceptibus distinctis, in adæquate repræsentantibus, Nego. Distinctio autem rationis consistit formaliter in denominatione extrinseca. Cuius quidem fundamentum est in re ipsa, virtualiter amplà, & æquivalente multis, aptaque concipi multis conceptibus in adæquatis: formaliter verò est in intellectu diuersimodè & in adæquate rem concipiente, quo concipiendi modo res denominatur ratione distincta, & præcisa, prout subest huiusmodi conceptibus & præcisionibus: siquæ denominatur cognita, prout subest cognitioni; & visa, prout subest visioni.

44
Opponunt secundò, quiddam est vnum à parte rei, & simplicissimum, non potest nisi falsò & peruersè concipi ut multa. Atqui distinctio rationis dicitur in eo consistere, quod vnum & simplicissimum a parte rei, concipitur ut multa. Ergo ille concipiendi modus est falsus & peruersus. Respondeo, in hoc concipiendi modo, nullam esse deceptionem & falsitatem, aut peruersitatem: sed tantum esse præcisionem & in adæquationem, quatenus non concipitur expressè quicquid res est. Nam qui sic concipit, non affirmat esse distincta in seipsis, ea quæ distincta non sunt, neque intrinsecam distinctionem ipsis assignit, sed tantum exprimit in adæquate rei vnius & eiusdem perfectionem virtualiter amplam, & multis æquivalentem, propter quod potest multis conceptibus in adæquatis exprimi. Neque etiam propterea concipiuntur res peruersè & aliter quam sint, quod vsque ad fastidium repetunt Nominales, sed tantum non concipiuntur quolibet conceptu perfecte omni modo quo sunt, aut quicquid sunt. Perfecte, inquam, & expressè: quamuis identice nota res simpliciter concipiatur. Quemadmodum quando referantur Nominales rectè fieri posse) concipiuntur confusè ea quæ sunt distincta; vel comparatè inter se, & relatiuè, ea quæ sunt absolute in seipsis: non propterea concipiuntur peruersè & aliter quam sunt: quæ

non concipiuntur vt confusa & indistincta in seipsis, vel relatiua intrinsecè: sed tantùm concipiuntur conceptu confuso, id est, non distinguente, vel exprimente illa vt distincta: vel conceptu comparatiuo, id est, comparante vnum cum alio, & vnum ad aliud referente.

46.
Tertium
argum.

Opponunt tertio, tam esse contradictorium vnum & idem omnino simplex à parte rei cognosci & non cognosci: quàm existere, & non existere: produci, & non produci. Atqui repugnat secundum: ergo & primum. Hoc argumentum velut omnium maximum proponit Arriaga nouus Nominalis disp. 5. Logie. sect. 2. num. 25. & sequentibus, spretis alijs quæ magnam vim non habere fatetur. Sed istud quoque nullam habere vim, fatendum illi est necessariò, nisi velit sibi apertè contradicere. Concedit enim paulò post, num. 44. vnum & idem posse cognosci confusè & distinctè, expressè & non expressè: quod experientiâ ipsâ manifestum est: Neque negat vllus Nominalium dari conceptus confusos. Posset igitur argumentum propositum ab Arriaga, contra ipsum ita retorqueri: Tam est contradictorium vnum & idem omnino simplex à parte rei, cognosci confusè, & non cognosci confusè, sed distinctè & expressè; quàm cognosci, & non cognosci. Neque enim in vna propositione magis affirmatio negatur prædicatum de subiecto vno & eodem, quàm in alia. Sed non est verè contradictorium vnum & idem cognosci confusè, & non confusè: ergo neque est contradictorium, cognosci & non cognosci.

46.

Secundò directè Respondeo, contradictorium quidem esse cognosci, & non cognosci simpliciter: id est, cognosci omni modo, aut saltem aliquo modo; & non cognosci vllò modo. Secus autem, cognosci aliquo modo imperfecto vel inadæquato; & non cognosci modo perfecto & adæquato: vel cognosci identicè et confusè; & non cognosci distinctè, quâ tale, aut expressè: id est, terminare cognitionem aliquam confusam & inadæquatam, quæ res non cognoscatur distinctè & expressè, secundum toram suam amplitudinem virtualem, & æquivalentiam ad multa; & non terminare cognitionem adæquatam & perfectam. Item non esse contradictorium, rem eandem & simplicem terminare vnam cognitionem, quâ cognoscitur secundum vnam æquivalentiam, non terminare aliam cognitionem, quâ cognoscatur & exprimitur secundum aliam æquivalentiam. Ex. gr. cognoscere Deum vt est iustitia, per æquivalentiam ad perfectionem iustitiæ creaturarum: & non cognosci, vt est misericordia. Dumque sunt huiusmodi propositiones, *Idem cognoscitur, & non cognoscitur*, inadæquate scilicet; non est verè contradictio: quia non affirmatur idem de eodem, propter diuersitatem cognitionum denominantium, & distinctiorem virtutem rei in quâ fundantur cognitiones illæ diuersæ, denominantes rem eandem à modo cognitam.

Adde, non esse contradictorium aliquid simplex produci, & non produci secundum quid. Nam quælibet persona diuina est simplicissima parte rei. Et tamen Filius, & Spiritus sanctus, producentur secundum proprietatem personalem, & non producentur secundum essentiam, quamuis in re indistinctam à proprietate. Et in sententia ipsorum Nominalium, aliorumque plurimum qui docent modos non distingui in re modificato; potest fieri modus, quamuis non fiat res quæ modificatur. Et potest existere res quæ modificatur, non existente modo. Ex. gr. potest fieri de nouo motus localis, quamuis non fiat res quæ mouetur, sed longè ante præcesserit: potestque existere res quæ mouetur, quamuis non moueatur.

Opponunt quartò illud Concilij Rhem. sub Eugenio III. *In Theologia inter essentiam & personam ratio non distinguat.* Additque Humilius disp. 5. Metaph. sect. 10. inepitum esse estimare mysterium Trinitatis pendere à nostris conceptibus: quasi processio personarum diuinarum esse non posset, nisi nos possemus per rationem intellectum diuinum à voluntate distinguere.

47.
Quartum
argum.
Hurtadus.

Ad primum Respondeo, debuisse recentiores Nominales, qui hoc obijciunt, discere ex Vafq. apud quem solum legerunt illud Concilij Rhemense, 1^a parte disp. 120. cap. 1. & 2. errorem Gilberti Porretani in Concilio damnati, hunc fuisse, quòd diceret essentiam & personam in diuinis distingui, non solum secundum rationem mathematicam, quæ per mentem præcindit & distinguit ea quæ non sunt in re distincta: vt lineas, superficies, & extensionem quamlibet, à re extensa, & numerum à rebus numerabilibus: Cum tamen res quælibet extensa, sit per seipsam formaliter extensa: & numerus nihil sit aliud, quàm res ipse quæ numerantur: verùm etiam distingui secundum Theologiam, seu rationem Theologicam, distinguentem ea solum quæ sunt in re distincta. Sic enim Author ille accipiebat & opponebat inter se Mathematicam & Theologiam, seu rationem Mathematicam & Theologicam distinguentem, vt rectè ostendit Vafq. loco cit. testimonio Othonis Frisingei filii, authoris illius temporis, qui acta illius Concilij scripsit: nec non ex varijs locis S. Bernardi qui illius Concilij author præcipuus, & quasi mens fuit. Concilium itaque Rhemense verbis relatis damnat tantum & prohibet distinctionem Theologicam iuxta sensum Porretani, id est, distinctionem in re inter essentiam & personam diuinam. Distinctionem verò Mathematicam, id est, distinctionem solum rationis, seu præcissionis non damnat, neque prohibet, sed omnino permittit, & tacite satem approbat. Quare eius autoritas nocet potius Nominalibus, quàm faueat.

Vafq.

Ad secundum Respondeo, Mysterium Trinitatis non pendere quidem à nostris conce-

48.

ribus: sed tamen esse non posse sine distinctione virtuali & amplitudine quadam entitatis diuinæ, propter quam sit sufficiens fundus de diuersos conceptus in ad quatos, & propositiones quæ non possunt verificari, & a contradictione excusari, nisi propter illam virtutalem distinctionem & amplitudinem. Ut quod intellectus generet Filium, & non spirat Spiritum sanctum: Contra verò, voluntas spirat Spiritum sanctum, & non generet Filium. Quod essentia Patris communicetur Filio, & proprietates Patris non communicentur. Quod essentia non generet, neque generetur: Pater vero generet & Filius generetur. Quod non producat Filium aut Spiritus sanctus secundum essentiam, & producat secundum proprietatem. Quod Filius procedat à cognitione Deo essentiali, & non à contingenti ut tali: aliterve similia.

49.
Quintum
argum.

Opponunt quintò: si darentur multæ rationes obiectiuæ in Deo, sequeretur primò, Deum non esse ens simplicissimum. Secundò, darentur duo contradictoria vera. Cum enim Deus videretur secundum vnam rationem obiectiuam, non secundum aliam: videretur idè & nõ videretur: quia vtraque ratio obiectiuæ esset Deus, & vnum & idem in re. Tertio, illæ formalitates essent idem & non sicut: quia idem & diuersum, si simul sint, inferunt idem & non idem. Sed illæ formalitates essent idem & diuersum; ergo essent idè & non idem. Quarto, illæ formalitates differunt realiter. Nam illæ formalitates sunt reales, & ipsæ sunt diuersitas realis: sed ea quorum est realis diuersitas, differunt realiter. Quintò, duo entia essent realiter vnam ens simplicissimum, quod est falsum & impossibile. Nam quælibet formalitas sumpta formaliter, est ens: quicquid enim est, est ens. Sed illa formalitas formaliter sumpta est diuersa ab alia formalitate sumpta: ergo quælibet est ens diuersum ab alia: atque ita duo entia sunt realiter vnum ens. Sextò, Deus esset à seipso diuersus, & Deus non esset Deus. Nam vna Dei formalitas, formaliter sumpta, esset simpliciter Deus. Sed ista esset diuersa ab alia, quæ etiã esset Deus: Ergo Deus esset diuersus à Deo. Sept. Deus posset definire esse, & incipere esse. Nam per formalitatem, aliqua Dei ratio obiectiuæ, puta creatio, seu actio ad extra, potest incipere & definire. Sed illa ratio formaliter sumpta est re ipsa Deus. Ergo aliquid quod est realiter Deus, potest definire & incipere: Ergo & Deus, potest incipere & definire, incipiente vel definente eo quod est Deus. Octauò, idem posset esse sine seipso realiter: quia si idem potest esse sine aliquo cum quo est idem, potest esse sine seipso realiter: cum idem, & ipsum sint termini synonymi. Nondò, idem esset necessarium, & contingens, quod est impossibile, sumen-

do necessarium pro eo quod non potest non esse: & contingens, pro eo quod potest non esse. Nam Deus est ens necessarium: eius verò actio ad extra est contingens. Sed Deus & eius actio sunt vnum & idem realiter: ergo &c.

Ad hæc Respondeo negandò primam sequentiam, intellectam de simplicitate reali: cui non officit distinctio rationis, penes quam tantum multas in Deo dicimus esse rationes obiectiuas, præter relationes personales, de quibus in præsentibus disput. non agimus. Ad secundam: diximus supra respondendo argumento Arriagæ. Ad tertiam: illæ formalitates sunt idem re, & non idem ratione, in quo nulla est contradictio. Ad quartam: nego maiorem. Aliud enim est formalitates esse reales; & aliud, ipsas esse realem diuersitatem: quia realis diuersitas non tantum dicit ipsas esse reales, sed vnam à parte rei non esse aliam. Ad quintam: duo ratione, sunt vnum realiter simplicissimum. Ad sextam: Deus consideratus secundum vnam rationem, differt ratione à seipso, considerato secundum aliam, & secundum diuersas rationes, est diuersus ratione à seipso. Ad septimam: Deus non potest definire vel incipere simpliciter: sed potest definire vel incipere agere, & taliter se habere ad extra, cum definit vel incipit agere. Ad octauam: idem potest esse sine seipso taliter se habente: siu potius potest esse & non taliter se habere. Ad Nonam: idè potest esse necessarium simpliciter quoad esse, & contingens quoad modum taliter se habendi. Sicque Deus est necessarius Deus, sed contingenter creat, contingenter intelligit contingentia, & contingenter ea vult efficaciter quæ extra se vult.

Adde tres vltimas difficultates communes esse Aduersarijs. Nam negare non possunt quod Deus aliter se habeat intrinsecè aliquo modo, quando intelligit contingentia, & quando aliquid liberè vult. Et si quod Deus intelligat contingentia, vel liberè velit, est aliquid à parte rei, nullo fingente intellectu: & non esset tale, si Deus, ut potuit, non intelligeret ea contingentia, aut non liberè velleret. Et hoc non est aliquid Deo extrinsecum. Nam Deus non intelligit, nec vult, per aliquid extrinsecum, sed per actus vitales & immutabiles, quibus tendit in obiectum sibi extrinsecum. Item hoc, quæcumque est, non distinguitur in re à Deo, ut fatentur Aduersarij. Et tamen Deus sine eo, id est, sine tali respectu ad creaturam, talique modo ad illas se habendi, esse potuit. Nam potuit non velle eas efficaciter: & si non essent, Deus non intelligeret illas esse. Negare item nequeunt Deum in tempore creare & agere quicquid agit extra re. An verò agerent modus agentis intrinsecus, dicemus alio loco.

SECTIO VIII.

An attributa diuina, vt præcisè concepta, sine de conceptu essentia diuina?

Respondeo, omnia attributa diuina quæ sunt perfectiones simpliciter simplices, cuiusmodi non sunt notionalia, & contingentia, esse de conceptu essentiali Dei distincto & perfecto; ita vt hæc propositiones sint essentielles: Deus est bonus, sapiens, intelligens, volens, & similes. Probatur primo ex D. Tho. q. 13. a. 6. c. & ad 3. vbi affirmat hæc attributa prædicari de Deo essentialiter. Et q. 6. a. 3. asserit Deum per suam essentiam habere illas perfectiones, quas creaturæ habere solent per accidentia: & quæ de alijs solent prædicari accidentaliter, de ipso prædicari essentialiter: vt, inquit, esse potentem, sapientem, & alia huiusmodi. Quibus verbis S. Doctor non intelligit solum hæc Deo conuenire substantialiter, id est, per suam simplicem substantiam, sine causalitate & interuentu illius distincti à parte rei, vt Falsolus eum exponit q. 4. a. 2. dub. 3. n. 17. sed intelligit cõuenire quoque essentialiter, id est, tanquam prædicata essentialia: propter quod ait essentialiter de Deo prædicari, & non accidentaliter, quo modo attributa illis similia prædicantur de creaturis. Non dicuntur autem prædicatio essentialis vel accidentalis, ex eo quodd id quod prædicatur sit physice substantia vel accidens: sed ex eo quod prædicatum est, vel non est essentialiter subiecto. Atque ita D. Thomam interpretantur & sequuntur Ferrarionis primo contra gentes cap. 24. §. Dicitur ergo: Sotus in 1. dist. 49. q. 3. a. 3. conclus. 2. §. Sed perfectio: Barnes q. 28. a. 2. dub. 3. conclus. §. Amplius: Torre ibidem disp. 2. q. 5. Cumel. q. 12. a. 7. disp. 2. & alij Thomistæ: Molina q. 28. a. 2. disp. 4. Valentia q. 12. p. 6. quæstion. 2. ad 1. Suar. lib. 1. de essentia Dei cap. 11. Granad. tract. 2. d. p. 7. Quis disp. 8. de Trinit. sect. 5. & alij multi recentiores.

Probatur secundo autoritate Patrum: Id enim non obscure affirmant S. August. lib. 15. de Trin. cap. 5. vbi postquam dixit hæc nomen, Spiritus, v. de. significare substantiam Dei: alia vero nomina, vt sapiens, potens, iustus, videri significare qualitates: addit: sed nomina est in illi ineffabili simplici que natura. Quicquid enim secundum qualitates illi dici videtur, secundum substantiam vel essentiam est intelligendum. Et tomo primo, libro de cognitione veræ vitæ c. 7. initio: Dei, inquit, Spiritus est essentia inuisibilis, omni creaturæ incomprehensibilis, totamque vitam sapiens, amantem totam eternitatem simul esse, saltem possidens: id est ipsa vita, ipsa sapientia, ipsa veritas, ipsa iustitia, ipsa etc. existens. S. Anselm. in Monolog. cap. 15. Si queratur, inquit, quid sit ipsa summa, quæ? quid verus responderetur, quam

institia &c. Quapropter cum queritur de illa quid est non minus congrue responderetur iusta, quam iustitia. Quod verò in exemplo iustitiarum esse conspicitur, hoc de omnibus que similiter de ipsa summa natura dicuntur, intellectus sentire per rationem constringitur. Quidquid igitur eorum de illa dicatur, non qualis vel quanta, sed magis quid sit demonstratur. Hæc Anselmus. Quicquid enim prædicatur in quid de natura diuina, docet aperte esse illi essentialia. Quidquid enim prædicatur in quid de subiecto, aut in quale quid, est illi essentialiter. Quod amplius idem S. Pater confirmat cap. proxime sequenti, vbi addit, attributa illa dici de Deo essentialiter, æquè ac magis quàm homo dicatur corpus aut rationalis. Similique modo loquitur & scit D. Bernardus lib. 5. de cõsideratione cap. 10. cù sic ait: Quid est Deus? voluntas omnipotens, benivolentissima virtus, lumen æternum, &c. Et S. Gregor. Nyssenus in lib. ad Ablaium, per medium & finem, postquam dixit naturam simplicem diuinam rejicere omnem diuersitatem circa essentiam, subijcit, quasi rationem reddens: Quod prorsus est infinitum, non aliqua quidem re definitur, aliqua verò non. Quasi diceret, essentiam diuinam, quæ est infinita simpliciter in omni genere perfectionis, non esse definiendam, id est, limitandam per vnã aut plures aliquas perfectiones, exclusis alijs, sed omnes prorsus formaliter aut eminenter continere: eo scilicet modo quo illas continere melius & perfectius est: & denique D. Damascen. lib. 1. de fide cap. 12. de eadem essentia diuina, & de nomine Entis, illam inter alia Dei nomina maximè propriè significante, sic loquitur: Vniuersum enim id quod est, id est omnem rationem & perfectionem entis, tanquam numerum quoddam & infinitum essentia peragis complexu suo continet. Et paulo post: Nec enim in Deo prius ipsius essentiam dicere licet, postea bonitatem.

Probatur tertio ratione sumpta ex D. Bernard. lib. 5. de cõsideratione ad Eugen. cap. 7. vbi ex eo quod Deus sit concipiendus perfectissimo modo quantum fieri potest, concludit, Deum concipiendum esse cum simplicissima inclusione omnium perfectionum quæ de ipso verè affirmantur. Ex quo principio D. Bernardi per se noto, sic argumentor applicando illud ad diuinam essentiam: Essentia diuina quàm perfectissime fieri potest, concipienda est. Perfectius autem concipiendus, si intelligatur includere omnes perfectiones simpliciter simplices formaliter, & reliquas eminenter: ergo tali modo concipienda est. Secundo, essentia diuina est formaliter ens infinitum simpliciter, & limitatum in omni genere perfectionis. Talis enim essentia possibilis est, & non potest ostendi implicare contradictionem. Illa autem non potest esse alia quàm diuina, quæ debet esse perfectissima: Ergo in suo formali conceptu continet omnes perfectiones simpliciter simplices, quorum quælibet formaliter contineri possunt, & melius et sic

1. Attributa quæ sunt perfectiones simplices, sunt de Dei essentia.

ex D. Thoma.

Ferrarionis, Scotus, Banes, Torrez, Cumel, Molina, Valentia, Granad, Ruis.

2. Probatur ex SS. Patribus.

August.

Anselm.

Bernard.

Nyssen.

3. Bernar.

contineretur: reliqua eminenter, id est, in gradu nobiliori, & remotis eorum imperfectionibus. Tertio, essentia diuina non solum est simpliciter infinite perfecta formaliter, sed etiam per se practice est perfectio infinita simpliciter. Tamen autem non esset, si non includeret intrinsece & quidditative perfectiones attributales simpliciter simplices: ergo &c. Quarto, nemo negat, nec iure negare potest, esse Deo essentialia attributa illa quae sunt similia attributis essentialibus substantiarum creaturarum: ut esse ens, esse substantiam, spiritalem, viuentem, intellectualem. Haec autem omnia quae Deo & creatis substantijs genericè, aut quasi genericè communia sunt, debent ad Deum contrahi per differentiam essentialem, per quam essentia diuina integre constituatur & distinguatur essentialiter ab essentia creatis. Neque enim solum genus constituit totam essentiam rei, neque illa definitio distinguit ab illis, quibuscum in tali genere conuenit. Haec autem differentia Dei propria videtur in eo consistere, quod caetera sint entia per participationem: Deus uero sit ens per essentiam, id est, a se, & substantia creaturae sint simpliciter saltem finitè & limitatè ad certum genus entis: Deus autem sit substantia simpliciter infinita in genere entis, id est, illimitata in omni genere perfectionis: quatenus omnes, tanquam immensum quoddam & infinitum essentiae pelagus complexu suo continet, ut dixit Damascenus supra: Substantia denique creaturae sunt viuentes & intelligentes per essentiam suam in actu primo tantum; viuunt autem & intelligunt in actu secundo per actus accidentales & distinctos: At Deus per essentiam non est potentia pura, & praecisa ab actu viuendi & intelligendi perfectissime, sed est re ipsa omnis actualis perfectio simpliciter simplex intelligendi & uolendi. Ergo haec differentiae, & similes, concipiendae sunt ueluti Deo essentialia.

54.
Perfectio-
nes no-
tionales, at
non uelut
factae, non
sunt de es-
sentia Dei.

Dixi in response initio sectionis dato, per-
fectiones simpliciter simplices, & exclusi non ne-
cessarias, & notionales. Nam quod ista non
sunt de essentia formaliter, manifestum est.
Non quidem contingentes: alioqui uel Deus
posset non esse: uel posset esse sine suis essen-
tialibus: quod implicat. Non etiam no-
tionales: alioqui uel tota essentia non esset
in singulis personis, atque ita quaelibet non
esset Deus: uel quaelibet illarum Patris,
Filij, & Spiritus sanctus: Siquidem Pater-
nitatem, Filijonem, & Spirationem, for-
maliter haberet, & per eas constitueretur
formaliter in esse Patris, Filij, & Spiritus
sancti. Dixi praeterea, de conceptu distincto &
perfecto: nam conceptus alicuius rei, etiam
proprius, duplex esse potest. Vnus distinctus
& perfectus, quo perficitur tota perfectio
essentialis & quiddatiua rei. Alius confu-
sus & imperfectus, quo concipitur res secun-
dum aliquam propriam rationem, non se-
cundum totam per se, nec sub una illa inuo-
luantur, aut cum illa identificentur. Priori

modo concipitur Deus, quando in eo concipi-
tur tota collectio intelligentiae, uoluntatis,
omnipotentiae, sapientiae, bonitatis, aeter-
nitatis, & aliarum omnium perfectionum.
Posteriori uero, quando concipitur confuse
sub ratione entis a se, uel primae mentis, pri-
mae causae. Nota praeterea in attributis ne-
gatiuis aliud esse negationem, aliud perfe-
ctionem positivam, quam negatiue appre-
hendimus & significamus. Prior non est de
essentia, sed posterior, si est simpliciter sim-
plex. Dicitur autem perfectio simpliciter
simplex, quae melior est ipsa quam non ipsa,
uel quae uel alia impossibilis cum ipsa,
cuiuslibet entis ut ens est: id est, quae nulli alij
perfectiōni repugnat, aequè bonè, aut meliori
se.

Contrarium sentiunt Vasq. disp. 119. cap.
2. Gillius lib. 2. tract. 2. cap. 3. num. 6. Ma-
rat. disp. 47. sect. 1. & 2. & Fasolus q. 4. a. 2.
dub. 1. num. 10. ubi fuit hac de re disputat.
Ac primò opponit aliqua Patrum testimo-
nia, Iustini Martyris, Nazianz. Athan. Ma-
rij Victorini, Basilij Nyss. Cyrilli Alexand. &
Damasceni. Sed si idem Author indicat, ali-
qua eorum ita explicari possunt, ut uelint
tantum nomina attributorum ne significare
perfectè ipsam essentiam diuinam. Simili-
enim modo loquuntur de illis nominibus quae
nemo negat significare aliqui Deo essentia-
le, ut, *Ens, Spiritus, uita, Deus, qui est*: &
Nyssenus expressè ait, nondum orationem
ullam essentiae diuinae indicem, id est, per-
fectè significatiuam, excogitatum atque in-
uentum esse. Vel cum ajunt nomina attributa
significare tantum aliquid circa diuinam
essentiam; loquuntur de illis non secundum
solam rem significatam, & prout in se sunt:
sed secundum modum nostrum imperfe-
ctum significandi, & concipiendi comparati-
uè ad creaturas, a quibus sumimus occasio-
nem distinguendi attributa diuina. Si uero
aliqua relata ex Patribus citatis non possunt
pati alteruram ex his tribus explanationi-
bus, ut Fasolus ibidem contendit; opponi-
mus illis testimonia Augusti, Anselmi, &
alia, quae supra adduximus in fauorem no-
strae sententiae.

Opponitur secundò, Deum quidem per
essentiam esse perfectissimum in re, non ta-
men per essentiam secundum notionem, seu
rationem essentiae & naturae. Constat, naturam
quia id quod est Deo natura, & essentia, non
uocatur hoc nomine, nisi prout responderet
naturis rerum aliarum, in quarum nullà est
omnis perfectio. Prius enim concipimus es-
sentiam diuinam, ut constitutam praedicatis
substantialibus respondentibus creatis ca-
tegoricis, substantiae scilicet, spiritalis ui-
uentis, & intelligentis, cum hac ueluti dif-
ferentia, quod non habeat essentialiter & a se.
Deinde uero sapientiam, bonitatem, & cae-
tera attributa concipimus, ut essentia circa
naturam diuinam, ut loquitur S. Damas-
cenus lib. 1. de fide, cap. 4. Ergo non ut es-
sentialia.

55.
Vasques
Gillius,
Fasolus,
Marat.

56.

Essentia di-
una quo-
modo con-
cipienda?

Damascen.

Respondet essentiam diuinam non esse concipiendam cum limitatione simili rebus creatis: sed potius vt suo ambitu complectentem quidquid est, formaliter aut eminenter, atque essentialiter infinitam in omni genere perfectionis: qui modus concipiendi, longè perfectior est, & essentia diuinà longè dignior. Ad confirmationem argumenti nego adæquatè concipi & distinctè totam essentiam diuinam, donec concipiantur alia attributa. Potest tamen confusè concipi, & inadæquatè, secundum rationem entis à se, & alias similes, quibus quasi aduenire intelligantur alia attributa. Locus verò Damasceni citatus in obiectione, nimis probat, & nocet Aduersariis, intellectus eo sensu, quo ab illis accipitur. Nam Damascen. ibi distinguens prædicata quæ de Deo enunciamus, in negatiua, vt esse ingenitum, incorporeum, immutabilem: & in affirmatiua, vt esse perfectum, bonum, iustum, sapientem, omnipotentem: generaliter de illis sic pronunciat: *Quæcumque autem de Deo per affirmationem dicimus, non ipsius naturam, sed quæ circa naturam sunt, ostendunt.* Quod si verum est eo sensu quo intelligunt Aduersarij, quod scilicet non ostendunt aliquid Deo essenziale, sed aliquid existens extra totam ipsius essentiam præcisè conceptam: ergo etiam nomen entis, & spiritus, non significat aliquid essenziale Deo: quod est falsum, & contra ipsosmet Aduersarios.

57.

Aliter ergo debet intelligi Damasc. cum dicit, huiusmodi nomina affirmatiua non ostendere naturam diuinam: eo sensu videlicet, quo paulò ante dixerat eodem cap. *In Deo autem impossibile est, quidam essentia sua ac natura ipse sit: dicere: a priusque est ex omnium rerum sublatione, atque significatioue, per attributa scilicet negatiua, orationem habere.* Non ostendere, inquam, perfectè, & distinctè: sed confusè, & inadæquatè, ac positiua aliquid circa naturam, id est, veluti partem aut affectum aliquam naturæ, quàm simpliciter naturam ipsam, saltem quod attinet ad nostrum conceptum, expressum & distinctum: aut etiam, non significare naturam purè secundum id quod in seipsa est à parte rei: sed comparatiuè ad aliquid extrinsecum, nempe ad creaturas, à quibus sumuntur denominationes ita nominandi & distinguendi attributa diuina, sicut paulò ante diximus. Similique modo intelligendum est quod idem Sanctus Pater affirmat cap. 12. eiusdem libri, *Sic itaque existimandum est, et omnia quæ de Deo commemorantur, non quid substantia ratione sit, significare: verum, aut quod non sit, explicare: aut affectionem quandam ad aliquid eorum quæ ab eo distinguuntur, aut quæ ipsam, eorum quæ naturam, affectantur, aut denique operationem aliquam declarare.* Nam quod alioqui nomen aliquod affirmatiuum, possit vtique imperfectè & confusè ipsam Dei essentiam significare, disertè docet immutata post, addens nomen Entis esse Deo maxime proprium, quia *Vniuersum id*

quod est, tanquam immensum quoddam, & infinitum essentia pelagus complexu suo continet: & nomen, *Bonus*, esse nomen Dei primum, iuxta Dionys. *Neque enim, in Deo prius essentiam dicere licet, postea bonitatem.* Denique id non est in conueniens quod alii obiciunt, sequi ex nostra sententia prius essentias creatas intelligi in esse possibili, vt obiectum necessarium intelligentiæ diuinæ essentialis, circa se & possibile: quàm essentia diuina tota intelligatur in esse actuali per volitionem siue affectum complacentiæ essentialis circa eandem, vt bona possibile, Vel creaturas vt possibile, ita esse connexas cum Dei essentia, vt hæc stare non posset, si per impossibile tolleretur illarum omnium, vel etiam vnus alius possibilis: quæ de re plura dicemus alibi, disputando de scientia Dei circa possibile.

58.
Fasolus.

Opponit tertio Fasolus q. 4. a. 2. dub. Processio Verbi diuini est generatio, quæ ex vi formalis processionis, communicatur naturæ diuinæ. Processio verò Spiritus S. non est generatio: ac proinde per illam ex vi formalis processionis non communicatur natura. Sed Verbo ex vi formalis processionis communicatur diuinum intelligere, procedit enim per actionem intellectus, & Spiritus sancto communicatur diuinum velle, procedit enim per actionem voluntatis: Ergo à parte rei velle diuinum, licet identificetur cum natura & essentia, tamen ad illius formalem & quidditatum conceptum non pertinet, sicut pertinet intelligere. Confirmatur quia voluntas, ex propria intrinseca ratione sua, est posterior & ignobilior intellectu, à quo regitur, & non pertinet essentialiter ad gradum intellectiuum, tanquam intrinseca & essentialis pars vite intellectuales: sed solum consequenter, tanquam proprietas vitæ illam aliunde perfectè constitutâ necessariò consequens. Ergo gradus volitiuus nõ potest esse de essentia naturæ intellectuales, siue create siue increate. Vnde fit, vt in vulgariissima definitione hominis, nõ ponatur volitiuum, sed solum intellectiuum rationale. Et in animalibus, appetitus sensitiuus non ponitur vt gradus pertinens aliquo modo ad essentiam animalium, sed tantum vt passio consequens animalitatem & sensibilitatem.

59.

Respondeo, de ratione generationis esse vt per se tendat ad communicandam naturam secundam, vt in sequenti tractatu futurus declarabitur: neque sufficere communicari naturam quomodocunque, quippe quæ etiam Spiritui sancto communicatur ex vi formalis suæ processionis: alioqui Spiritus sanctus ex vi formalis suæ processionis non esset Deus. Ad confirmationem dico, naturam seu vitam intellectuales, ad æquè imptam, includere essentialiter vtramque rationem; intellectiui scilicet, & volitiui: & vtramque intelligi per differentiam rationalis, postquam in definitione hominis. Est enim homo rationalis non solum quæ

tenus est principium intelligendi, sed etiam quatenus est principium appetitu rationali, qui est voluntas. Sentire quoque in animalibus, seu vivere vita sensitiva adaequatur, non est tantum cognoscere per sensus: sed & vitaliter tendere ad obiecta per appetitum sensitivum, per quem non minus, quam per cognitionem, eminet animal sit pra vitam plantarum.

60. Falluntur autem qui putant, id quod hoc loco subindicat Fafolus, essentias rerum consistere solum in aliquo primo, quod nullum aliud intrinsecum praesupponat, & a nullo alio fluat physice, aut metaphysice, seu virtualiter & aequivalenter: ex quo inferunt volitivum hoc esse de essentia naturae intellectuales seu rationalis, quia praesupponit gradum intellectuum: quemadmodum volitio in actu secundo praesupponit intellectio- nem: Et appetitivum non esse de essentia animalis, quia praesupponit gradum sensitivum, id est, principium substantiale cognoscendi per sensus: sicut appetitio in actu secundo praesupponit cognitionem sensus. Falluntur, inquam, quia licet id quod aliud praesupponit, non possit esse de essentia eius quod praesupponit: potest tamen esse de essentia tertij, ex utroque compositi. Quo pacto in physicis licet forma substantialis praesupponat materiam, atque ex illa educatur, si est materialis: am- bae tamen sunt de essentia compositi, seu corporis naturalis ex utraque constituti. Sic etiam beatitudo, iuxta vulgarem definitio- nem, sumptam ex Boetio, est status om- nium in bonorum aggregatione perfectus, non consistens solum essentialiter in visione Dei, sed & in amore & gaudio voluntatis conse- quente visionem, & in alijs quae ad hominem ex parte coeandam necessariae sunt, velut opti- mae illius affectiones.

61. Quare quod aiunt Metaphysici, essentiam esse id quod est primum in qualibet re, & principium vel fundamentum ceterorum rei convenientium, non est intelligendum in eo rigore, quo isti volunt: sed quod esse- tia sit prima & praecipua rei consideratio ob- iectiva id est, id quod primo & praecipue co- siderabile est in re, ex quo veluti principio vel fundamento sequuntur reliqua minus principalia. Cuiusmodi est, exempli gra- tia, in homine esse rationale, id est esse principium substantiale non modo sentien- di, sed & intelligendi, & discurrendi, libe- reque agendi, quae est hominis maxima per- fectio. At non ita esse principium ridendi, flendi, & similia, quae sunt parum confi- derabilia, & censentur inter hominis pro- prietates. Et quamvis facile non sit praecise definire quidnam illud sit, quod in qualibet re est primo & praecipue considerabile, adeo- que essentialiter: eque ab Authoribus vlla hu- ius rei tradatur regula: existimo casu erudi- tis quibusdam Recentioribus, in vniuersum dici posse, nihil eorum quae pure intrinseca sunt, & cum rei substantia vel entitate iden- tificantur, quaeque nomine substantiali, seu

In quo co-
sistat essen-
tia rei cu-
ius det?

Quo sensu
essentia sit
primum in
qualibet
re?

substantiuo illius rei significantur, excludi debere ab eius conceptu essentiali, nisi ali- qua ratio cogat excludere. Puta, si est tantum hypostasis, vel terminus essentialis reddens il- lam incommunicabilem cum sua hypostasi, alteri vt terminanti: vel si est tantum diffe- rentia indiuidualis, discernens rem a pluri- bus alijs in tota ratione specificae conuenien- tibus, vel si est modus se habendi contin- genter, aut comparatio & relatio ad extrin- seca, parum illi utilis, & parum confide- rabilis.

SECTIO IX.

An Attributa diuina, vt praecise distincta per ra- tionem, includantur alia in alijs?

62. Affirmant generatim Suar. lib. 1. de es- sentia Dei cap. 13. Molin. q. 28. a. 2. disp. 4. Canariens. ibid. disp. 2. dubio vlti- mo, paulo post in vltimo, & Granad. tract. 2. disp. 7. Idemque videtur docere S. Anselm. in monolog. cap. 16. vbi non solum de attributa diuina dici de Deo essentialiter: sed etiam omnia secundum vnam considerationem, & secun- dum vnum modum dici: quia, inquit, Idem est quilibet vnum illorum, quod omnia sunt simul, si- ne singula. Vt cum dicitur iustitia, vel essentia: vnum significat quod iustitia, vel omnia simul, vel singula.

62. Molina, Suarez, Canar. Granad. Anselm.

63. Existimo nihilominus distinctione vtend- um esse. Nam attributa Dei quaedam gene- ralia sunt, in quibus omnia partialia inclu- duntur essentialiter: quaedam sunt partialia: & horum quaedam in quibusdam, includun- tur essentialiter, quaedam non. Prima pars ostenditur. Nam perfectio diuina totaliter sumpta, itersique bonitas sumpta non pro sola moralis, sed pro tota bonitate & perfe- ctione, & similia, sunt attributa generalia in quibus caetera omnia includuntur; quia intellectus est perfectio, itemque voluntas, sapientia, & alia quaeuis Dei attributa, sunt aliqua perfectio. Secunda pars probatur, quia inter attributa partialia quaedam sunt superiora, quaedam inferiora. His subiecta essentialiter. Cuiusmodi est ratio, respectu cognitionis. Omnis enim visio essentialiter est cognitio, & et non vice versa. Item ta- lis est amor respectu volitionis, & creatio stricte sumpta respectu productionis. Tertia denique pars probatur, quia quaedam sunt at- tributa partialia quasi disparata, quorum neutrum includit aliud, vt intellectus & vo- litio, iustitia & misericordia, & alia id genus quae perfectionibus creaturarum disparatis respondent.

63. Aliqua Dei attributa includun- tur in alijs, alia non.

64. Confirmatur ex D. Thom. quaest. 13. a. 4. in Corp. vbi dicitur attributa diuersa concipi, quatenus vnica & simplex perfectio diuina concipitur a nobis conceptibus diuersis, vt respondens varijs perfectionibus quae sunt

64. D. Thom.

64.
Probat,
attributa
quodam
non inclu-
di in alia.

in creaturis. Atqui ad respondendum vni perfectioni disparata, nihil facit continentia alterius perfectionis. V. g. vt essentia diuina sub ratione sapientie respondeat sapientie creaturæ, non est opus vt in conceptu sapientie diuine includatur amor, sed per huiusmodi conceptum id tantum de essentia diuina concipiendum est, quod sufficit vt respondeat perfectioni sapientie creaturæ distincte ab amore. Secundò, de ratione vnius attributi, sumpti communiter seu generaliter, prout abstrahit à Deo & à creaturis, non est omne aliud attributum: V. g. de ratione sapientie non est bonitas moralis: alioqui si vnum attributum communiter & abstractè sumptum includeret alia essentialiter, includeret etiam in creaturis. Atqui attributa communia sunt etiam Dei attributa, quatenus de illo verè possunt enunciari per propositionem non identicam. Deinde si loquimur de propriis attributis diuinis, illa non distinguuntur nisi per ordinem ad intellectum concipientem Deum, prout responderet variis perfectionibus creaturarum, & quasi diuidentur in varias perfectiones, respondentes rebus creatis, vt ait D. Thom. art. cit. Atqui quemadmodum creatura creaturæ respondet secundum perfectionem vnam, sine alia; ita Deus potest respondere vni, licet non consideretur vt respondens alteri: ergo attributum vnum non includit essentialiter alia. Tertiò, si attributa diuina se mutuo includunt: ergo intellectus re & conceptus est idem quod voluntas, quia cum voluntas concipitur, nihil aliud ne ratione quidè diuersum concipitur, atque quando concipitur intellectus. Ergo Spiritus sanctus procedit per intellectum, què ac per voluntatem: & Filius per voluntatem, què ac per intellectum: quod est falsum.

65
Obicitur primò, vnumquodque attributum Dei proprium, v. g. sapientia, includit formaliter essentiam. Atqui essentia includit omnia attributa: ergo, & sapientia. Secundò, quodlibet attributum est in re infinitum in omni genere entis. Ergo includit omnem perfectionem, & omnia attributa. Tertiò, attributa diuina concipi debent quàm perfectissimè fieri potest, vt supra diximus de essentia. Atqui perfectius concipiuntur, si concipiuntur includere se inuicem, atque ipsam totam essentiam diuinam.

Ad primum, Respondeo attributa partialia, de quibus hic loquimur, non includere vnumquodque totam essentiam diuinam, sed esse rationem essentialem quasi partialem, licet propriam: & esse Deum quidem, non simpliciter & adæquatè conceptum, sed diminutè & inadæquatè, iuxta D. Thom. art. cit. Ad secundum, Respondeo similiter, quodlibet ex his attributis esse quidem, vt est in re, infinitum in omni genere entis: at non prout à nobis inadæquatè concipitur, id est, non quoad id totum quod est in re: sed ad summum, est infinitum in suo genere & secundum propriam rationem. Attributum autem non est id totum quod est in re, sed est ratio rei, seu

res vt subiacens nostro conceptui, qui in attributis partialibus concipiendis non esset inadæquatè, si totam perfectionem diuinam comprehenderet. Et tamen D. Thom. loco cit. inadæquatè esse affirmat.

Instat Suar. cap. 12. nu. 4. & sequentibus: Sapientia Dei v. g. est essentialiter actus increatus, quia non est creatura. Ergo essentialiter est Deus. Ergo includit in suo essentiali conceptu essentiam diuinam: & consequenter includit formaliter omnes perfectiones simpliciter simplices, & reliquas eminenter: atque ita est essentialiter infinita in omni genere perfectionis. Probat per primam consequentiam, quia nihil potest esse essentialiter ens increatum, seu ens actus, & ens à se, nisi quod est essentialiter Deus. Nam quod est essentialiter ens actus, est suum esse per essentiam, quod est proprium Dei. Neque respondeas sapientiam diuinam esse quidem à parte rei essentiam, & quodlibet aliud attributum essentia: sed tamen non includere in nostro conceptu totam essentiam, neque quodcumque aliud attributum essentia. Quia impossibile est excludere à conceptu alicuius rei id quod est in re de essentia illius. Non obest etiam, quòd dum cogitamus expressè de sapientia diuina, non cogitamus expressè de tota essentia, vel de aliis eius attributis. Quia abstrahere vnum ab alio abstractione præcisua, non est solùm considerare vnum, non considerando actus & expressè aliud: Alioqui possemus ita quantitatem abstrahere, vt in illa non includatur ens, neque accidens, neque aptitudo ad inhaerendum: possemus enim cogitare de dimensionibus, non actus & expressè considerando hæc omnia. Atqui est impossibile quantitatem ab illis abstrahere. Quia si quis ita considerans quantitatem, recedat se supra suum conceptum, & inquirat vtrum id quod considerabat, etiam vt sibi obiectum, includeret rationem entis realis, & accidentis, & apti inhaerere, non posset negare inclusisse hæc fuisse. Ad hunc ergo modum sapientia increata includit essentiam diuinam: quia includit quòd sit entitas realis, & consequenter quòd sit à se, vel ab alio. Non ab alio, quia est increata. Si autem includit esse à se, includit esse Deum; quia esse à se, & esse Deum, re & conceptu idem sunt.

Ad primam instantiam Respondeo, sapientiam diuinam præcisè conceptam, & vt respondendo conceptui præcisuo, esse essentialiter increatam & diuinam, & esse essentialiter Deum conceptum inadæquatè; similique modo includere, seu potius esse, diuinam essentiam, sed inadæquatè conceptam. Ex quo non sequitur includere vt sic totam essentiam diuinam, & omnes eius perfectiones, esseque simpliciter infinitam in omni genere perfectionis.

Ad probationem primæ consequentiæ Respondeo, nihil esse essentialiter ens increatum quod non sit Deus in re ipsa, & nihil verè concipi à nobis vt ens essentialiter increatum, nisi concipiatur vt ens intrinsecè diuinum.

66
Suaris argumenta in contrarium diluuntur.

Attributa partialia non includunt totam essentiam diuinam.

num, & vt Deus adæquatè, vel inadæquatè, id est, aliquid Dei. Sed non est necesse vt quotiescunq; cogitatur de vno Dei attributo in creatis, cogitetur quidquid Deus est.

68

Ad secundam instantiam, nego totam essentiam diuinam, vel omnes alias perfectiones attributales, esse de essentia sapientie diuinæ, vt præcisè conceptæ. Nam iuxta regulam supra prælitam ex D. Thoma quæst. 13. arti. 1. in corp. non plus essentia diuinæ concipiendum est, quàm sit necesse vt Deus concipiatur respondere sapientie creatæ, illique supereminere in genere sapientie. Ad hoc autem impertinenter se habent alie perfectiones disparatæ: & si per impossibile Deus careret illis, retentâ scientiâ suâ infinitâ; non minùs per illam responderet sapientie creatæ, illique superemineret infinitè in genere sapientie.

Ex hoc patet responsio ad tertiam Suaris instantiam. Liqueat enim dum præcisè concipiatur sapientia diuina, non solum non expressè cogitari de alijs Dei perfectionibus disparatis: sed omnino de illis vt talibus non cogitari: quia non magis de illis cogitamus, ac si non essent. Tantùm enim de eo cogitamus quod necessarium est secundum conceptum, vt Dei perfectio concipiatur respondere sapientie creatæ, illique supereminere infinitè in genere sapientie. Quare alie perfectiones, ad hunc conceptum impertinentes, non includuntur in ipso, neque de illis cogitatur vt sic: id est, secundum proprias rationes formales, ne confuse quidem, seu minùs expressè (quæ est differentia est inter conceptum hominis, & conceptum animalis rationalis) sed solum identicè, quatenus cogitatur de perfectione illa diuina, quæ realiter est idem cum omnibus alijs Dei perfectionibus, & cum tota essentia diuina.

69

Superest tertium argumentum supra propositum, sumptum ex comparatione attributorum cum essentia diuina, quæ vt bene concipiatur, debet concipi quam perfectissimè fieri potest, adeoque vt includens essentialiter omnes perfectiones, optimo modo quo includi possunt; simplices formaliter; alias eminenter. Ergo attributa simili modo concipienda sunt vt perfectissimè concipiantur; debent autem concipi quàm perfectissimè fieri potest.

Attributa Dei quomodo sint perfectè concipienda?

D. Thom.

Respondeo negando paritatem. Nam conceptiones variorum Dei attributorum mutantur ad illa distinguenda ab inuicem: vnde quò melius distinguuntur, eò perfectius concipiuntur vt attributa, secundum propriam cuiusque rationem. Et vt iam sæpius diximus ex doctrina D. Thomæ quæst. 13. arti. 4. in corp. & ad 3. in distinguendis attributis diuinis non attenditur tota perfectio diuina: sed intellectus noster, cum cognoscit Deum ex creaturis, format ad intelligendam Deum, conceptiones proportionatas perfectionibus procedentibus à Deo in creaturis: quæ quidem perfectiones in Deo præexistunt, & simpliciter: in creaturis verò recipiuntur diuise & multipliciter. Sicut igitur diuisis perfectionibus creaturarum respondet vnum

simplex, à parte rei, principium representatum per diuersas perfectiones creaturarum variè & multipliciter: ita variis & multiplicibus conceptibus intellectus noster respondet vnum omnino simplex à parte rei, secundum huiusmodi conceptiones imperfectè, id est inadæquatè, intellectum, sicut Dei perfectio simplex, inadæquatè participatur, & representatur à creaturis. Vnde concludit S. Thomas nomina Deo attributa significare quidem vnam rem, in se scilicet, & prout est à parte rei simplicissimâ: sed tamen significare rationibus multis & diuersis. Et ad tertium ait Deum esse plura secundum rationem: quia intellectus noster ita multipliciter apprehendit Deum, sicut res multipliciter ipsum representant.

70

Possumtne attributa de se inuicem prædicari?

Ex dictis colligi potest solutio alterius questionis: vt rum hæc attributa diuina, vt distincta & præcisè mutuo per conceptum, possint de se inuicem prædicari? Dicendum enim est posse quidè de se inuicem prædicari in sensu identico: propterea quòd sunt vnum & idem à parte rei. Quo sensu loquitur S. Anselmus verbis relatis in principio perfectionis: & D. August. lib. 6. de Trinit. cap. 6. cum sic ait: *Eadem magnitudo eius est, quæ & sapientia: & eadem bonitas, quæ & sapientia & magnitudo: & eadem veritas, quæ illa omnia.* Non posse tamen de se inuicem affirmari in sensu formali: quia vnum non est formaliter aliud: id est, vnum vt præcisè conceptum differt ratione ab alio similiter præcisè concepto: vnde non potest verè dici quòd sint vnum & idem, non modò secundum rem, verùm etiam secundum rationem & conceptum. Atque ita non potest verè hoc sensu dici, intellectus est voluntas, iustitia est misericordia; Intellectus vult, voluntas intelligit: iustitia parcat, misericordia vlciscitur. Quæ etiam de causa D. Tho. q. 32. arti. 3. ad 3. affirmat, quòd licet sola oppositio se latius faciat pluralitatem realem in diuinis, adeoque plures proprietates vnius personæ, cum non opponantur ad inuicem reatiuè, nõ differant realiter: Non tamen de se inuicem prædicantur, quia significantur vt diuersæ rationes personarum. Sicut etiam, inquit, non dicimus quòd attributum potentie sit attributum sapientie: licet dicamus quòd scientia sit potentia: realiter scilicet & identicè.

SECTIO X.

An attributa diuina, vt distincta per rationem, sint omnia æqualis perfectionis?

71

Hæc difficultas non habet locum nisi apud eos, qui non habent sensum attributa diuina vt distincta per rationem, & disparata, nõ se mutuo includere. Ceteri enim, qui censent quodlibet attributum includere alia, acque ipsam eam essentia diuinam; debent consequenter asserere æqualitatem perfectionis inter huiusmodi omnia attributa. Non desunt aliqui recentiores subtiles & eruditæ Theologi, qui non constat, te mutua præcisione attributorum Dei, disparatorum, quam admittunt, esse in re uen-

Sententia affirmans.

omnia, esse æqualis perfectionis, tum singula cum singulis comparata, tum etiam singula comparata cum omnibus simul, & cum tota essentia: sunt enim, inquirunt, æqualis perfectionis cum omnibus simul, & cum tota essentia, intensiue, licet non extensiue: sicut essentia diuina sola, est tam perfecta intensiue, quam essentia & res personæ: vel Deus solus, quam Deus & mundus simul. Et hoc dicunt esse verum, etiam de attributis Dei contingentibus, seu necessariis, cuiusmodi est cognitio contingentium, & amor liber creaturarum.

Ad quod probandum adducunt tres præcipuè rationes. Prima est, quamlibet perfectionem diuinam esse diuinam intrinsecè, & postulare identificari alteri, ac toti essentia: ideoque illi æquialere intensiue, & infinitam esse, & vnam in alia contineri virtualiter & æquialenter, propter illam identificationem. Secunda, vnum meritum Christi non est maioris valoris quam aliud ob maiorem honestatem obiecti: sed omnia sunt valoris infiniti. Ergo similes omnes Dei perfectiones sunt æquales, quia infinitæ. Tertia, sequeretur personalitates quinas esse inæquales: quippe quæ proportionantur actibus inæqualibus intellectus & voluntatis, in quibus fundantur. Vnde etiam sequeretur Spiritum sanctum ex vi suæ processionis non esse æquè perfectum, ac Filium: quia acciperet primò naturam secundum attributum voluntatis, minus perfectum quam attributum intellectus. Similiterque ipsæ processionis essent inæquales: quippe proportionatæ suis principiis & terminis. Quarta, sequeretur singulas personalitates, aut singula attributa diuina, non esse adoranda summo cultu, quia non essent summe perfectiones, summo honore dignæ: adeoque non debere adorari patriâ, sed cultu inferiori: quod est absurdum inauditum. Quinta, nisi omnes perfectiones diuinae, etiam contingentes & liberae, essent æquales & infinitæ, Deus non esset infinitè laudabilis propter singulas illarum, & aliqua posset supra condignum laudari: quod est contra Scripturam, Danielis 3. versu 88. & dari posset actio creaturæ magis laudabilis, quam actio aliqua Dei, quod est absurdissimum.

Sed contra: quia si loquuntur hi Doctores de perfectione solum physice & entitative, verum est quod afferunt. Quælibet enim Dei perfectio est physice & entitative Deus: nec plus enunciant argumenta ab ipsis proposita. Sed hoc non facit ad eorum intentum. Si autem loquuntur, ut debent, de perfectione metaphysice sumpta, & prout ratione distincta ab aliis: falsum est omnes esse æquales. Nam distinctio harum perfectionum, ex D. Thoma 1. part. quæst. 13. articulo 4. fit per comparationem diuinitatis ad perfectiones creatas, tantum de illa sumendo per

intellectum, quantum est opus ut attributis creaturarum respondeat. Vnde fit ut vna istarum perfectionum disparatarum non includatur in conceptu alterius, ut fatetur illi ipsi quos impugnantur: quia hoc non est necesse ut respondeat simili perfectioni creaturarum. Atqui similiter ut respondeat vni perfectioni inferiori creaturarum, non est opus concipere tam perfectè essentiam diuinam, neque re ipsa tam perfectè concipitur formaliter & expressè, ut concedunt iidem authores, sed tantum identicè. Verbi gratia, ut respondeat perfectioni voluntatis creatæ, non est opus concipere perfectionem intellectus, quæ in creaturis nobilior censetur, & Deus, quæ intelligens, concipitur sub nobiliori ratione formaliter, quam ut volens tantum. Vnde perfectio moralis & specialiter laudabilis (sicut laudantur actus liberi boni, & e contrario vituperantur mali, imputanturque specialiter vtrique suo principio) illa, inquam, perfectio non ex eo spectatur, quod actus illi identificentur naturæ diuinæ, quippe quod illis necessariò conuenit, posito quod sint: sed ex eo quod in actu liberum est, id est, quod quodammodo superadditur liberè essentia diuinæ, & actui Deo essentiali, cum liberè extenditur ad obiectum non necessarium, honesto & laudabili modo. Atqui secundum hoc, sicut ceteris paribus perfectior est in creaturis tendentia libera ad obiectum nobilissimum, aut nobilioris modo; puta tendentia charitatis, quam tendentia spei vel iustitiæ: sic & in Deo, cuius perfectiones similes debent, ex D. Thoma supra, concipi & distingui, ut respondentes huiusmodi perfectionibus creaturarum. Confirmatur, quia Scriptura passim Deo tribuit actus virtutum diuersarum, iustitiæ, misericordie, charitatis, liberalitatis, & similes, nullam imperfectionem in suo conceptu formali inuoluentem, adeoque formaliter Deo conuenientes. Atqui in creaturis, actus virtutum diuersarum sunt inæquales in perfectione, & alij aliis nobiliores, propter nobilissimum obiectum & motiuum, aut nobiliorem modum in illud tendendi. Ergo actus quoque diuini, illis respondentes, sunt inæquales in perfectione, ut præcisè & formaliter sumpti. Quod quidem propter illos non plus de perfectione diuina concipiendum est, quam id quod est præcisè necessarium ut actibus illis creaturarum respondeat. Tertio, euidenter est tendentiam liberam formaliter sumptam, quæ potest non esse, & consequenter non identificari realiter essentia diuinæ; non esse tam perfectam, atque est tendentia necessaria & essentialis amoris Dei circa seipsum; quæ absolute non potest non esse, & non identificari toti essentia; quamque Deus necessariò amat, alterâ tantum liberè. Quodque de actibus voluntatis, dicendum est cum proportionem

de cognitionibus necessariis, & de contingentibus. Nec obest quod attributa quilibet, siue necessaria, siue contingentia, identificantur realiter cum essentia divina. Hoc enim non facit, ut propterea debeant necessario esse aequalis inter se perfectio, formatæ & præcisè sumptæ. Nam in creatis intellectus & voluntas, iuxta probabiliorē sententiam, identificantur animæ rationali, vel substantiæ Angelicæ: & vis apprehendendi, iudicandi, & discurrendi, identificantur eidem intellectui: itemque virtus sentiendi ac vegetandi, prout se tenent ex parte animæ, identificantur realiter eidem animæ: & tamen hæc omnia non sunt æqualis perfectionis inter se. Concludo itaque attributa de quibus loquimur, ut præcisè concepta, & mutuo distincta per rationem, non esse æqualis perfectionis inter se, ne quidem sigillatim, etiam intensivè. Ad quam sententiam accedit Valentin. Herice disput. 15. p. 2. num. 11. & 12. ubi affirmat communem esse Theologorum, nullo auctore, quem noverit, excepto: & disput. 18. cap. 5. num. 33.

73
Satis sit
argumentis
contraria
sententia.

Ad primum autem argumentum contrariæ opinionis Respondeo, quamlibet perfectionem divinam, etiam præcisè sumptam, esse quidem divinam intrinsicè & increatam, ac concipiendam: at non esse totam divinitatem adæquatè & perfectè conceptam, sed præcisivè & imperfectè. Fateor quoque talem esse, ut possit identificari cuius alteri perfectioni divinæ, ac toti essentia: Sed nego propterea illi æquivalere intensivè. Non enim quidquid postulat identificari alteri, propterea illi æquivalere secundum conceptum præcisum. Etenim, V. g. motus localis Angelus postulat illi identificari: & tamen non æquivaleret Angelo, sumptus quoad id quod Angelo quodammodo superaddit intrinsicè: secundum quod talem postulat illi identificari: Idemque dico de aliis rerum modis intrinsicis. Nego similiter quamlibet perfectionem divinam, præcisam a talibus, esse infinitam in omni genere, ut talem: sed ad summum in suo genere. Infinitum autem in vno genere potest esse imperfectius altero, & non illi æquivalere: ut infinitum lapidum, infinito hominum: aut calor infinitè intensus, lumine infinitè intenso.

Infinitum
in suo ge-
nere potest
esse perfe-
ctius alte-
ro.

Ad secundum Respondeo negando a-

cedens: Quamvis enim omnia Christi merita fuerint infiniti valoris, propter hypostasim Verbi infinitè ea nobilitantis: non fuerunt tamen omnino æqualis valoris, ut ostendimus disput. 2. de Incarnatione sect. 8.

Ad tertium Respondeo, si divinæ personalitates includunt totam essentiam in suo conceptu intrinsicè, ut fert sententia communior & probabilior; non sunt aliæ aliis nobiliores, sed quælibet est intensivè nobilissima: neque proportionantur solis actibus intellectus & voluntatis. Sin autem, iuxta minus probabilem sententiam, præsciunt ab essentia: non est absurdum dicere, personalitates Patris & Filij, fundatas in attributo intelligentiæ, esse iuxta præcisum suum conceptum nobiliores personalitate Spiritus sancti, fundatæ in attributo voluntatis. Neque propterea vna earum est perfectio simplex: quia non est melior, quam quælibet opposita & incompatibilis. Paternitas enim non est melior filiatione: nec filiatione paternitate: sed ambæ fundatæ in intelligentia, sunt inter se æquales, etiam sub præcisio conceptu, seu metaphysicè sumptæ. Idemque dico de spiratione actiua comparatâ cum spiratione passiva. Similiter non est absurdum dicere, quod processio Filij sit metaphysicè nobilior, quoad terminum formalem productionis præcisè sumptum: quamvis simpliciter sit æque nobilis Spiritus sanctus, atque Filius, ut supra processio adæquatè sumptæ: quia totam essentiam divinam accipit, æque ac Filius.

74
Sintne di-
vinæ per-
sonalitates
metaphysicè
inæquales?

Ad quartum, & quintum: Nego sequelam. Sufficit enim quod singulæ personalitates, & singula attributa divina, omnesque Dei perfectiones, & operationes internæ, sint identicè Deus, ut possint ac debeant cultu patriæ adorari. Quælibet personalitas, & quælibet attributum, eo ipso quod est Deus identicè, est dignum cultu patriæ. Et quælibet actio virtutis Dei, hoc ipso quod est Dei, est infinitè estimabilis & laudabilis. Sicut quælibet actio meritoria Christi, erat infinitè estimabilis, eo ipso quod esset actio suppositi divini, à quo trahebat infinitam dignitatem moralem. Vide Suarem loco primò in tertiam partem, postremam & auctoris editionis, disput. 4. sect. 4. §. Dicendum agitur, in fine, ubi hæc anæ nobis consentit.

75
Quælibet
perfectio
divina est
adorabilis.